PRO PATRIA
A LATIN STORY FOR BEGINNERS

PROF. E. A. SONNENSCHEIN, D. LITT.

MONVMENTVM·IN·MEMORIAM
FREDERICI·HVGONIS
SHERSTON·ROBERTS·
AD·TVGELAM·FACTVM·

PRO PATRIA: A LATIN STORY FOR BEGINNERS, BEING A SEQUEL TO 'ORA MARITIMA,' WITH GRAMMAR AND EXERCISES BY E. A. SONNENSCHEIN, D.LITT., OXON., PROFESSOR IN THE UNIVERSITY OF BIRMINGHAM

Qui procul hinc, the legend's writ,
The frontier grave is far away,
Qui ante diem periit;
Sed miles, sed pro patria.

HENRY NEWBOLT;

'Clifton Chapel.

FIRST ISSUE, 1903 ; REPRINTED 1907.

Preface

THE idea on which my *Ora Maritima* and its sequel, the present volume, are based, is that an interesting narrative may be a better vehicle for teaching the elements of a language than a collection of isolated grammar sentences, provided that the interesting narrative is so constructed and graduated as to constitute in itself a basis for the systematic study of grammar. My object, then, has been to write a book which should not only appeal to the minds of pupils through the interest of its subject matter, but also form as complete a grammatical ladder as the driest of dry exercise books. *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.*

In carrying out this programme for *Pro Patria* I have adhered to the ideal which I set up for myself in *Ora Maritima*, that the Latin text should be 'classical in form, but modern in setting.' The scene is laid in a country house on the coast of Kent, and afterwards at Winchester, and the time of the action is the period from September 1899 to June 1900. I have thus been enabled to give unity of action to the two parts into which the narrative falls. The first part is taken up with a study of Roman Britain in connexion with a visit to Richborough Castle ; the second with the Boer War, the first news of which arrives soon after the conclusion of the summer holidays. It is my hope that my young readers may find in the first part a more vivid picture of the condition of Britain under the Romans than is contained in most school histories of England ; and in the treatment of the Boer War I have endeavoured to bring out its dramatic interest and heroic incidents. Party politics are, of course, kept out of view.

The amount of grammar covered by *Pro Patria*[1] may seem to some teachers disproportionately small ; and, no doubt, if it had been my object simply to teach grammar, I might have made the text shorter. But a long experience in teaching Latin to pupils of very various ages and stages has made me sceptical as to the value of a skin-deep knowledge of grammar. It is one thing to learn declensions and conjugations out of a grammar or from grammar sentences, and quite another thing to know them as they appear in actual life. How many boys and girls leave school without having acquired any real mastery even of the simplest kind of Latin or the power of making any practical use of the grammatical facts which they have so laboriously learned ! That is the sort of educational result on which the present outcry against Latin in schools is largely based. The great mistake seems to be that the elementary stages of learning are turned into a purely grammatical discipline and that the grammar is hurried over before the study of the language proper and the literature are commenced. Declensions and conjugations learned in this fashion find no real lodgment in the mind ; or, at best, the outcome of the tedious process is that the pupil ' holds the parts in his hand,' but misses ' the spirit that binds them together.'[2] It is against this abstract method of teaching that *Ora Maritima* and *Pro Patria* are a protest. It has been my object to write for the use of the beginner a ' real book,' which shall have a literary as well as a linguistic interest of its own, and from which the pupil shall gain something more than a bowing acquaintance with Nouns and Verbs. I have, therefore, not shunned repetitions ; and I have deliberately aimed at providing a certain

---

[1] The point from which *Pro Patria* starts is that which is reached in *Ora Maritima,* and the pupil is carried on to the end of the regular accidence.

[2] *Dann hat er die Teile in seiner Hand ;*
Fehlt, leider ! nur das geistige Band.
                                        —GOETHE, *Faust.*

mass of easy Latin from which he may acquire the habit of reading, as distinct from construing, Latin. If, at the end of two [1] years' work, the pupil has acquired this, together with the fundamentals of Latin grammar, he will have spent his time to some purpose, and will be in a position to begin the study of a classical author and of the more difficult parts of the grammar with some hope of a happy issue. Or if, on the other hand, he drops the study of Latin at this point, he will still have acquired a working knowledge of the language up to a certain level. This is an aspect of the matter on which I desire to lay some stress. There are many schools, or modern sides of schools, in which only a limited amount of time can be devoted to Latin ; and the problem is how can that time be spent so as to produce the most profitable result. It is my hope that the present book may contribute to the solution of this problem.

It is not my intention that an equal amount of time and attention should be bestowed on all the sections of the text. Some of them (marked with a †) are unnecessary from the purely grammatical point of view ; they exist for the purpose of carrying on the story and providing material for rapid reading ; and where time presses they may be translated by the teacher to the class. The exercises and conversations are intended to be used as the needs of particular classes may demand. For translation into Latin alternative passages are given, from which the teacher may select what best suits his purpose. Some of them may be worked on paper, some *viva voce,* some may be omitted altogether. I have thought it better to give too much rather than too little.

One of my young friends who was learning from this book made a criticism of it which will probably pass through the minds of other readers. " The Romans," he said, " knew nothing of South Africa." Exactly ; but it is possible that the best

---

[1] It is intended that *Ora Maritima* and *Pro Patria* shall occupy one year each.

way to learn an ancient language is to study it as written at the
present day in connexion with a subject matter which is familiar
or easily intelligible to the modern reader. This is, of course,
only a means to an end ; but there are many ends which are
better attained indirectly than directly.

I have ventured on some novelties in the realm of grammar
teaching, among which the use of the term ' Injunctive,' side
by side with ' Subjunctive,' calls for a word of explanation.
The new term expresses the fundamental idea of what is com-
monly called the ' Subjunctive Mood ' ; it is the mood of *desire*,
and should be introduced to the pupil in the first instance in
connexion with sentences like ' God save the King.' [1]   For such
meanings the term Subjunctive is quite inappropriate, and a
fruitful source of error ; it comes in, however, so soon as the
mood appears in a subordinate clause.   And if the pupil subse-
quently abandons the term *Injunctive* altogether, it will never-
theless have served its purpose in introducing him to a right
conception of the mood—a conception which will serve him in
good stead afterwards.

My best thanks are due to Dr. J. E. Sandys, Public Orator
in the University of Cambridge, for permission to quote some
verses which originally appeared in his Latin speeches to the
University,[2] and for his great kindness in reading my proof
sheets of the text and making many valuable suggestions.

<div style="text-align: right">E. A. S.</div>

The University, Birmingham,
       July, 1903.

Note to the New Issue.—No changes have been made in the
present issue, with the exception of the correction of a few mis-
prints and the addition of a Summary of Grammatical Rules
(pp. 182 ff.)

---

[1] See Preparations, §§ 48, 49, 50.
[2] These are acknowledged in their places in the " Preparations."

Contents

PRO PATRIA

BRITANNIA
ROMANA

Milia Passuum

Mons Graupius

PICTI

Bodotria

Vallum Antonini

Clota

CALEDONIA

HIBERNIA

Vallum Hadriani   Segedunum
Luguvallium.   Fons Aelii

BRIGANTES

.Eburacum

Mona

Deva

?Trisantona Fl.

ORDOVICES

CORITANI

Viroconium

ICENI

Sabrina Fl.

SILURES

Camulodunum

Verulamium

Isca

Tamesa Fl.   CASSI   TRINOBANTES

Londinium

Tanatis I.

BE

Calleva

Durovernum   Rutupiae
              Dubrae

GAE

.Venta

Anderida
Silva

Gessoriacum

GALLIA

Vectis I.

FRETUM GALLICUM

Antonius fecit

I. Mensis September.

[Adjectives of Third Declension in —, *is, e.*]

1. Kalendae sunt hodie Septembres. Primus 1
mensis feriarum elapsus est, et scholae instant. Nam
ante finem mensis Septembris apud magistrum 3
meum ero. Et per ultimam partem feriarum necesse
est libris duas horas cotidie dare. Sic imperat patruus
meus. Mane igitur plerumque lectito. Patruus
autem mihi librum Taciti de vita Agricolae, ducis 7
celebris Romanorum, dedit. Multa insunt de Bri-
tannia nostra antiqua. Vita Agricolae multum me
delectat. Nonnullis tamen in locis difficilis est et
obscura. Sed animo alacri lectito, quia patruus meus 11
difficilia et obscura explicat, et tabulis pictis
aedificiorum, armorum, nummorum, viarum illustrat.
Ubi aliquid in Vita Agricolae deest, ibi patruus
meus capita ex Annalibus Taciti vel ex Historia
Anglica recitat. Amici mei, Marcus et Alexander,
interdum adsunt dum recitat. Nam saepe nos
visitant. Post prandium plerumque ambulamus,
vel ludo trigonali operam damus, vel in mari
natamus.

3

II. Britannia Liberata.

[*is, ea, id.*—Singular Number.]

2. Gaius Iulius Caesar, postquam copias suas
pedestres et equestres ex Britannia in Galliam trans-
portavit, nihil amplius de Britannis cogitavit. Ab
incolis litoris meridiani victoriam reportaverat, ad
flumen Tamesam penetraverat, oppidum Cassi-
vellauni expugnaverat, magnum numerum cap-
tivorum in servitutem venumdederat, tributum
Britannis imperaverat. Id ei satis erat. Sed
Britanniam non revera debellaverat, nec victoria
eius magna fuerat. Tacitus eum non magnam
victoriam reportavisse in capite tertio decimo Vitae
Agricolae affirmat. "Divus Iulius" inquit "Bri-
tanniam Romanis monstravit, sed non debellavit."
Britanni autem viri animo forti erant. Tributum
et servitutem non tolerabant. Et Romanis post

tempora C. Iulii Caesaris longa oblivio erat Bri-
tanniae. Nam per multos annos bellum domes-
ticum civitatem Romanam vexavit. Post finem
eius belli Romani Augustum principem creaverunt.
Ei Britannia non curae erat. Nec principes secundus
et tertius, Tiberius et Caligula, insulam nostram
intraverunt ; quamquam Caligula de ea intranda
cogitavit.

III. Cunobelinus.

[*ei, eae, ea*—Plural Number.]

3. Itaque per centum fere annos reges Britannici vel reginae Britannicae in Britannia regnaverunt, nec Romani Britannos bello vexaverunt. In numero eorum regum erat Cunobelinus. Is 4 revera " Britannorum rex " erat : sic eum Suetonius, 5 scriptor Romanus, nominat. Nam quamquam non omnes gentes Britannicae ei subiectae erant, tamen 7 magnam partem gentium Britanniae mediterraneae et meridianae in unum regnum consociaverat. Caput earum gentium Camulodunum erat. Exstant 10 hodie nummi Cunobelini ; in eis nomen regis vel 11 litteras nonnullas eius nominis lectitare possumus : 12

exstant quoque nummi patris eius Tasciovani et 13 fratris eius Epaticci. Cunobelinus multos annos regnavit ; eo fere tempore rex Britannorum erat 15 cum Tiberius et Caligula principes Romanorum erant. Ei ab anno quarto decimo ad annum primum 17 et quadragesimum post Christum natum imperio Romano praeerant.   Iesus Christus natus erat 19 dum Augustus princeps erat : morti datus erat 20 dum Tiberius imperitabat, ut Tacitus in capite quarto et quadragesimo libri quinti decimi Annalium commemorat. Inter filios Cunobelini erant Carac- 23 tacus et Togodumnus.

1 † 4. Is rex magnus et bonus erat, atque defensor
acer libertatis Britannicae. Sed Romani tantum
regem tolerare non poterant. Itaque de nova
expeditione contra Britanniam cogitabant. Poetae
5 Romani eius aetatis insulam nostram et incolas
6 eius saepe commemorant. Horatius eos " feros "
et " remotos " et " intactos " (id est " non debel-
latos " vel " liberos ") nominat : Vergilius eos " toto
orbe terrarum divisos " (id est " separatos ") vocat.
Mare eos ab aliis partibus orbis terrarum separabat ;
11 et libertas eis cara erat.   Pro aris et focis suis
contra Romanos magna virtute pugnaverant, atque
hostibus Romanorum in bello Gallico auxilia
14 subministraverant.   Itaque Romani libertatem
eorum non tolerabant.

NUMMUS AUGUSTI

(CAPUT AUGUSTI)   (FIGURA SPHINGIS)

IV. Caractacus.*

[*eius* and *suus, a, um* contrasted.]

† 5. Post mortem Cunobelini, Claudius, quartus princeps Romanorum, expeditionem contra Britannos paravit. Consilium eius erat totam Britanniam debellare et cum imperio Romano consociare. Itaque anno tertio et quadragesimo uni ex ducibus suis, Aulo Plautio, magnum numerum copiarum pedestrium et equestrium mandavit. Eae meridianam partem insulae nostrae facile occupaverunt. Oppidum Camulodunum expugnaverunt, ubi Romani post paucos annos coloniam veteranorum collocaverunt. Ea prima urbs Romana in Britannia fuit. Propter victoriam a Britannis reportatam princeps Romanus filio suo nomen Britannico dedit. Filius eius priore anno natus erat. Sed Britanni nondum debellati erant. In silvas montesque Cambriae se occultaverunt, ubi duae gentes bellicosae, Ordovices et Silures, per septem annos contra Romanos fortiter bellaverunt. Copiis Britannicis Caractacus, filius Cunobelini, praeerat. Nomen eius per totam Britanniam celebre erat. Non facile erat eas gentes Cambriae debellare. Reliquiae castrorum Romanorum Viroconii, Devae, Iscae hodie exstant. Sed legiones Romanae tandem victrices fuerunt, et Silures Ordovicesque magno proelio superaverunt. Deinde ducem eorum audacem et insignem Romam captivum deportaverunt.

3
6
8
9
11
13
14
16
19
20
22
25
26

---

* Tacitus ducem Silurum *Caratacum* (non *Caractacum*) vocat.

PORTA·OCCIDENTALIS·
COLONIAE·CAMVLODVNI

8

[*ipse, ipsa, ipsum.*]

6. Nomen Caractaci iam per totam Italiam celebre erat ; nam victoriam Romanorum per novem annos retardaverat. Et omnes homines cupidi erant regem Britannorum ipsum spectandi. 4 Itaque Claudius populum ad grande spectaculum convocavit. Magna multitudo captivorum Britannicorum una-cum Caractaco ipso et uxore fratri- 7 busque eius in catenis aderant. Tum ceteri captivi 8 veniam principis imploraverunt. Sed Caractacus ipse 9 animum audacem et vere Britannicum praestitit. Ante oculos principis ipsius collocatus " Rex sum " 11 inquit " et a regibus claris oriundus : fuerunt mihi viri, equi, arma. Non mirum est si contra vos Romanos pro libertate pugnavi. Vos toti orbi 14 terrarum imperitandi cupidi estis ; sed nobis 15 Britannis non mos est servitutem tolerare. Mortem non formido." Tum princeps propter admirationem tantae audaciae veniam libertatemque Caractaco ipsi et uxori fratribusque eius dedit. Sic Tacitus 19 in capite septimo et tricesimo libri duodecimi Annalium narrat.

V. Boadicea.*

[*ille, illa, illud.*]

7. Anno post Christum natum primo et sexagesimo Britanni rebellaverunt. Suetonius Paulinus, unus ex ducibus Neronis, quinti principis Romanorum, Britanniae tum praeerat. Ille in Monam 4 insulam penetravit, ubi magnum numerum Druid-

* Tacitus reginam Icenorum *Boudiccam* (non *Boadiceam*) vocat.

arum trucidavit, et fana eorum vastavit.   Sed dum
7 ille in Cambria abest, Iceni cum Cassis et Trinoban-
tibus aliisque gentibus Britannicis se contra Romanos
consociant.   Non mirum est si Britanni coloniam
10 illam Camulodunum, ubi veterani illi Romani
collocati erant, non amabant.   Nam veterani eos
omnibus iniuriis vexabant.   Uxores liberosque
eorum in servitutem deportabant.   Viros ipsos
ignavos et servos vocabant.   Oppidum iam viis et
aedificiis Romanis ornaverant, sed muris non firma-
16 verant.   Inter illa aedificia templum " Divi Claudii "
erat ;   nam principem mortuum Romani pro deo
18 adorabant.   Et in illo templo simulacrum Victoriae
collocatum erat.

1   8. Itaque Boadicea, regina illa audax Iceno-
rum, inter ordines Britannicos in essedo suo equitans,
Britannos suos ad rebellionem incitavit.   " Auscul-
tate " inquit " Iceni et Cassi ; auscultate Coritāni,
5 Trinobantes !   Di nostri nobis victoriam, illis cladem
mortemque parant !   Ecce, colonia Camulodunum
defensoribus nudata est !   Copiae Romanae in
finibus Ordovicum longe absunt, ubi fana Druidarum
vastant.   Coloniam illam, ubi pauci tantum veterani
cum uxoribus liberisque suis habitant, facile erit
11 expugnare.   Illos nulla patria ad virtutem incitat ;
nos patria et penates, nos libertas ad arma vocat.
Atque di ipsi nobis omen victoriae et imperii ded-
14 erunt.   Nam simulacrum illud Victoriae praecipita-
- verunt.   Et Druidae alia portenta nuntiant.   Terrae
adhuc ignotae Britannis aliquando subiectae erunt.
17 Ubi Caesares numquam steterunt, ibi filii nostri
vel filii filiorum imperitabunt.   Vos coloniam illam

crudelem expugnate ! Templum dei illius falsi 19
cremate ! Viros, feminas, liberos trucidate ! Illud 20
est consilium feminae. Num vos viri minus fortes 21
eritis ? "

BOADICEA

† 9. Britanni ad arma volant. Coloniam Camu-
lodunum expugnant ; templum illud Claudii, ubi
veterani se occultaverant, cremant. Interea
Suetonius ex insula Mona cum decem milibus 4
virorum ad Tamesam properavit. Nam Londinium,
quamquam nondum colonia Romana erat, tamen
iam tum copia mercatorum et navigiorum celebre 7
erat. Sic Tacitus in capite tertio et tricesimo libri
quarti decimi Annalium affirmat. Sed urbem ex
clade servare non poterat. Britanni Londinium

et Verulamium oppugnant, septuaginta milia
12 Romanorum trucidant, ingentem praedam captant.
13 Suetonius suos prope silvam collocaverat, et se ad
proelium parabat. Britanni Romanos numero
virorum multum superabant, et exspectatione
16 victoriae triumphabant. Sed pauci illi Romani
magnam victoriam reportaverunt ; Britanni contra
legiones Romanas stare non poterant, quia Romani
eos pondere armorum et scientia belli multum super-
abant In illo proelio Romani octoginta milia
virorum et feminarum trucidaverunt ; nam Britanni
22 feminas suas in vehiculis apportaverant, proelii
23 spectandi causa. Boadicea ipsa se morti dedit.

VI. Britannia pacata.

[*hic, haec, hoc.*]

1   10. Hic fuit finis rebellionis Boadiceae. Sed
Romani nondum totam insulam pacaverant. Nam
Britannia provincia turbulenta erat, ut Tacitus
affirmat ; et Britanni occidentales et septentrionales
victoriam Romanorum adhuc retardabant. Totam
6 insulam pacare consilium erat Vespasiani, noni
principis Romanorum Itaque anno duodeocto-
gesimo post Christum natum Iulio Agricolae sum-
mum imperium legionum Britannicarum mandavit.
10 Huius viri clari vitam Tacitus narravit. Uxor
11 Taciti filia Agricolae erat. Hunc virum Tacitus
magnopere amabat, et memoriam eius monumento
pulchro consecravit : monumentum est liber ille
de vita eius. Vir iustus, humanus, clemens erat,
si testimonium Taciti verum est.

11. Primo anno imperii sui Agricola in Cambria bellavit, ubi magnam victoriam ab Ordovicibus reportavit. Hanc gentem fere totam trucidavit, 3 si Tacitus vera affirmat. Tum insulam Monam occupavit. Naves ei deerant ; sed sub signis Romanis nonnullae cohortes Batavorum militabant. Hi periti erant natandi, et trans fretum nataverunt. 7 Tertio anno Agricola contra Brigantes aliasque gentes septentrionales Britanniae bellavit. Sexto anno classem comparavit. Dum haec oram mari- 10 timam Caledoniae explorat, ipse cum copiis pedes- 11 tribus et equestribus per Devam et Luguvallium in Caledoniam usque ad Clotam et Bodotriam penetrat. Totam regionem castellis firmat. Sed Caledonii trans Clotam et Bodotriam, velut in 15 alteram insulam, se congregant. Proximo anno Romani in partes interiores Caledoniae penetrant. Ibi, prope Montem Graupium, dux Caledonius, 18 Galgacus vel Calgacus nomine, suos ad proelium his verbis incitat. 20

12. " Haec pugna, ut spero, causa libertatis 1 perpetuae toti Britanniae erit. Nobis Caledonibus 2 servitus adhuc ignota est. Hi montes, hae silvae, 3 haec maria nobis libertatem dederunt. Sed nunc 4 in hunc angulum remotum Britanniae Romani 5 penetraverunt. Adsunt, velut lupi saevi ; nec Oriens nec Occidens eos satiavit. Ne mare quidem 7 nostrum a periculo classis Romanae tutum est. Terra marique hanc insulam oppugnant. Itaque 9 nullam veniam exspectate, si illi in hoc proelio vic- toriam reportaverint. Vos ipsos et uxores liberosque vestros trucidabunt vel in servitutem 12

13 deportabunt; et cum totam terram vastaverint, solitudinem pacem vocabunt. Sed nondum 'pacata'
15 est haec Caledonia. Iceni et Trinobantes Coloniam Romanam expugnaverunt et cremaverunt. Femina facinoris illius praeclari dux erat. Num vos, viri Caledonii, minus fortes eritis ? Hodie pacem illam Romanam a vobis ipsis et uxoribus liberisque vestris propulsate. Patria ipsa vos ad pugnam et victoriam vocat ! ''

1 † 13. Interea Agricola quoque suos in hunc modum ad proelium incitat. " Hic septimus est annus, milites, postquam Ordovices debellavistis. Hodie a Caledonibus victoriam reportate.
5 Hi se in silvis montibusque suis adhuc occulta-
6 verunt ; hos, homines ignavos, facile in fugam dabitis." Et signum pugnandi dedit. Tres legiones Romanae et undecim milia auxiliorum in campo lato stabant : Caledones in collibus suos collocaverant. Primo Caledones missilia Romanorum vitabant. Et ipsi multa missilia in Romanos iactabant. Sed tandem cohortes illae Batavorum ad colles appropinquaverunt, et Caledones ex loco
14 propulsaverunt. Nam hi iustum proelium tolerare non poterant. Interea equites auxiliorum eos velut indagine circumdederant. Decem milia trucidaverunt vel vulneraverunt. Nonnulli ex
18 Caledonibus uxores liberosque suos ipsi morti dederunt. Nox finis fuit trucidationis. Postridie atrox spectaculum erat : corpora inhumata, casae crematae, silentium, solitudo.

VII. Pax Romana.

[Comparatives of Adjectives.]

14. Postquam hoc caput in vita Agricolae
lectitavimus, patruus meus "Haec narrat Taci-
tus ipse" inquit : "sed si testimonium eius verum
est, nullus victor Romanus humanior, nullus cle- 4
mentior fuit quam Iulius Agricola. Nulla autem 5
provincia turbulentior fuerat quam Britannia. 6
Nulli hostes Romanorum fortiores, nulli audaciores 7
fuerant quam Britanni et Caledones et gentes
Cambriae. Quis ex omnibus Romanis se iustiorem 9
in hostes debellatos praestitit, quis clementiorem,
quis minus saevum et crudelem, quam Agricola ?
Sed quid inhumanius, quid saevius est quam 12
bellum ? Atque nulli hostes in bello crudeliores 13
fuerunt quam Romani. Nihil minus clemens erat
quam hostes debellatos in servitutem deportare.
Nam mors pulchra minus misera est quam servitus.
Omnibus hominibus vita cara est ; sed viris liberis
libertas carior est quam vita. Atque nulli homines 18
unquam acriores defensores libertatis suae fuerunt 19
quam Britanni. Nihil pulchrius existimabant 20
quam libertatem, nihil miserius quam servitutem." 21

[Superlatives of Adjectives.]

15. "Omnia bella saeva et inhumana sunt.
Omnium autem bellorum saevissima et inhuman- 2
issima fuerunt bella illa temporibus antiquis
contra gentes barbaras pugnata. Romani hostes 4
crudelissimi plerumque fuerunt. Sed quid utilius 5
fuit toti orbi terrarum quam imperium Romanum ?
Et imperio Romano nullum maius periculum erat

CALLEVA ATRE-
BATUM.

SEPULCHRA

PORTA
SEPTENTRIONALIS

RELIQUIAE FOSSAE

AMPHITHEATRUM

PORTA
ORIENTALIS

FOSSA

BALNEAE

HOSPITIUM

PORTA
MERIDIANA

TEMPLUM

BASILICA

FORUM

MVRVS

PORTA
OCCIDEN
TALIS

FOSSA

MVRVS

Antonius fecit

RELIQUIAE VILLAE
ROMANAE IN INSULA
VECTI SITAE.

A. Atrium
B. Triclinium
C. Culina
D. Vestibulum
E. Puteus

XX PASSUS

0   x   xx

A

B

C

D

16

quam rebelliones populorum barbarorum. Pax
illa Romana etiam populis subiectis utilissima 9
fuit. Homines feros et inhumanos a studio bel-
landi ad vitam humaniorem et ad litteras, artes,
scientias revocavit. Romani Britanniam viis opti- 12
mis et aedificiis pulcherrimis celeberrimisque, templis, 13
basilicis, foris, villis, ludis litterariis, ornaverunt.
In ludis litterariis filii principum Britannicorum
linguae Latinae operam dabant. Itaque Britanni
iram iniuriasque suas paulatim oblivioni dabant.
Libertatis suae defensores fortissimi et acerrimi 18
fuerant. Sed tributum Romanum tolerabant, si
iniuriae aberant. Multae hodie exstant in Bri-
tannia reliquiae aedificiorum illorum Romanorum.
Callevae Atrebatum reliquias pulcherrimas basilicae, 22
fori, templi, amphitheatri, balnearum, murorum
spectavi; et in insula Vecti exstant pavimenta 24
tessellata villae Romanae, primo saeculo post
Christum natum aedificatae. Sed iam ante tempora
Agricolae nonnullae ex gentibus Britannicis medio- 27
criter humanae fuerant. Incolas Cantii Caesar in
libro quinto Belli Gallici 'omnium Britannorum
humanissimos' vocat."

[Passive Voice of 1st Conjugation—Present, Past, Imperf.,
Future.]

16. Medius erat mensis September cum patruus
meus haec de Britannia Romana explicavit. Mar-
cus et Alexander tum aderant : nam pridie Dubris
adventaverant et apud nos pernoctaverant. Et
patruo meo necesse erat eis de rebellione Galgaci et
Caledonum narrare. Nam historia patriae suae
magnopere delectantur. Tum ille " Nonne recte " 7

PAVIMENTVM·TESSELLATVM·VILLAE·ROMANAE
IN·INSVLA·VECTI·SITAE

inquit "Agricola a Tacito laudatur? Nam ab [8]
aliis imperatoribus Romanis oppida expugnabantur, [9]
agri vastabantur, nationes barbarae debellabantur ; [10]
sed Agricola Britannos non solum debellavit sed
etiam ad vitam humaniorem revocavit." Et
Alexander "Magnopere delector" inquit "si victor [13]
iustus et clemens fuit. Sed num hic vir omnia illa
aedificia Romana aedificavit?" Et ille "Bri-
tannia per quattuor saecula aedificiis Romanis [16]
ornabatur. Multae ex illis reliquiis posterioris [17]
aetatis sunt."

17. Tum Marcus "Num filii principum Bri-
tannicorum studio linguae Latinae delectabantur?" [2]
inquit. Et ille "Filii Britannorum antiquorum
animo acri et impigro erant ; linguae Latinae [4]
libenter operam dabant. Agricola eos aptiores esse
ad studia litterarum affirmabat quam Gallorum
pueros. Et Martialis, poeta Romanus illius
aetatis, Britannos carmina sua cantavisse affirmat. [8]
Vos hodierni pila et folle delectamini." Et ego [9]
"Nonne tu ipse, patrue mi patruissime, corporis [10]
certaminibus delectaris? Magna est scientia [11]
pilam dextra laevaque captare." Et ille "Adule-
scentulus" inquit "illa scientia satis delectabar ; [13]
cum senex fuero, fortasse non delectabor." Nos [14]
cachinnamus. Nam patruus meus ludo trigonali
magnopere delectatur. Tu, mi patrue, huius ludi
peritissimus es :

> Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem [18]
> Aut geminare pilam iuvat aut revocare cadentem [19]

ut est apud poetam Romanum. Mutato nomine de [20]
te, patrue, fabula narratur.

VIII. Castellum Rutupinum.

[Questions and Exclamations.]

† 18. Postridie inter ientaculum amita mea
" Caelum hodie serenissimum est " inquit : "cur
3 non Rutupias hodie ambulatis ? " Et ego " Cur
non tu quoque, amita, et Lydia nobiscum ambu-
latis ? " " Nimis longa est via " inquit. Sed
patruus meus " Vehiculo commeare potestis. Quota
hora nunc est ? " Et illa " Nondum tertia hora
est." Tum ille " Quinta hora in viam vos date :
9 ante nos Rutupias adventabitis. Cum ruinas castelli
spectaverimus, omnes in vehiculo una domum pro-
perabimus." Tum Lydia " Quantopere delectabor
si ruinas Castelli Rutupini aliquando spectare
potero ! " Et amitae meae propositum gratissi-
14 mum erat. " Sed nonne melius erit " inquit " in
castello cenare ? Nam sic non necesse erit domum
16 festinare." Tum nos pueri exclamavimus : " Euge
optime ! prandium nobiscum portabimus ; post
prandium ruinas castelli visitabimus. Deinde in
castello cenabimus. Sic erit ! " Et amita mea
20 " Quando in viam vos dabitis ? " inquit. Et nos
" Statim sine mora " inquimus.

[*qui, quae, quod* and *quis, quid*—in questions.]

19. Inter viam Marcus patruum meum de vic-
2 toria illa a Caledonibus reportata interrogavit.

3 *Marcus.*—Quis fuit ille Galgacus ? Num rex
antiquus Scotorum fuit ?

Patruus meus.—Nulli Scoti eo tempore in
Caledonia erant. Nondum in Caledoniam migra-
verant.

M.—Quid igitur erat nomen incolarum Cale- 8
doniae, si non Scoti erant ?

P.—Caledonia eo tempore a Pictis aliisque
gentibus Caledoniis habitabatur.

M.—Qui erant Picti ? 12

P.—Difficilis est quaestio. De origine Pictorum
viri docti disputant.

M.—Quo tempore Scoti in Caledoniam migra- 15
verunt ?

P.—Quinto saeculo post Christum natum.

M.—Qua ex terra migraverunt ? 18

P.—Ex Hibernia eos in Caledoniam migravisse
scriptores historici affirmant.

M.—Quem igitur primum regem Scotorum 21
fuisse affirmant ?

P.—Fergus primus rex Scotorum nominatur.

M.—Cuius partis Caledoniae rex fuit ? 24

P.—Partis meridianae.

M.—Itaque Galgacus fortasse Pictus fuit.

P.—Fortasse ; sed nihil de eo notum est.

[*qui, quae, quod*—in clauses which are not questions.]

20. Tum Alexander " Caledonia " inquit " ut
spero, nunquam subiecta fuit Romanis : nam
maiores mei ex Caledonia oriundi sunt." Nos
cachinnamus. Et patruus meus " Caledones per
quattuor illa saecula saepe rebellaverunt, et Romanos
bello vexaverunt. Itaque necesse fuit Hadriano,
qui secundo saeculo post Christum natum princeps 7
Romanorum fuit, magnum illud vallum inter
Luguvallium et Pontem Aelium vel Segedunum
aedificare ; cuius reliquiae hodie spectantur. Et 10

VALLVM·HADRIANI

Antoninus Pius, qui post eum princeps fuit, alterum 11
vallum in ipsa Caledonia inter Clotam et Bodotriam
aedificavit : cui nomen hodiernum est *Graham's* 13
Dyke. Initio tertii saeculi Septimius Severus, quem 14
Romani paucis annis ante principem creaverant, 15
maximam expeditionem contra Caledones com-
paravit ; postea autem ipse aegrotavit et Eburaci 17
exspiravit. Quo anno quinquaginta milia Roman- 18
orum a Caledonibus trucidata fuisse narrantur."
Tum Alexander exclamat " Euge, optime ! O si sic 20
omnes ! "

† 21. Et patruus meus " Tune, Alexander " 1
inquit " Pictus es ? " Et ille " Scotus sum " inquit.
Et patruus meus " Sed non Celtica origine es : nam 3
nomen tuum et fratris tui Germanicum est. Picti 4
et Scoti illi qui in Caledoniam migraverunt Celtae
erant." Et ille " Nonne toti insulae nostrae nomen
est Britanniae ? Nonne omnes Britanni sumus ? " 7
Et patruus meus " Ita est " inquit ; "nomen Bri-
tanniae a Britannis oriundum est. Sed nos ipsi ex
multis et diversis nationibus oriundi sumus. Maxi-
ma pars Anglorum et Scotorum hodiernorum Ger-
manica origine sunt." Tum ego " Parentes mei "
inquam " Celtica origine sunt ; nam nomen nostrum
Celticum est." Sed patruus meus " Tu, Antoni, in 14
Africa Meridiana natus es ; itaque Africanus es ! "
Et ego " Africa Meridiana pars imperii Britannici
est ; itaque Britannus sum." Et ille " Ita est "
inquit ; "ubi libertas, ibi patria est." 18

c

[Second Conjugation—Present, Past Imperfect, Future, Active.]

22. Sed iam prope finem ambulationis nostrae
2 eramus, cum Alexander " Ecce, Rutupias video ! "
inquit. Et castellum non procul aberat. Amita
mea et Lydia, quae ante nos adventaverant, cum nos
5 vident, " Salvete ! " inquiunt ; " gaudemus quod
ad tempus adestis. Sed nonne fatigati estis ? " Et
7 patruus meus sic respondet : " Bene nos habemus.
8 Sed nos non pigebit hic paulum sedere et prandio
9 nos recreare. Hinc castellum in oculis habebimus.
10 Videtisne ruinas ? Ut aetas omnia delet ! " Illae
11 rident ; nam revera fatigati eramus. Castellum
Rutupinum, tertio saeculo a Romanis aedificatum,
in promunturio litoris situm est. Hodie procul a
14 mari iacet ; sed temporibus Romanorum totus
campus, qui nunc inter castellum et oram maritimam
iacet, pars maris erat. Post prandium ad castellum
ipsum ambulavimus. Ruinae praeclarae sunt. Pars
murorum lateribus Romanis aedificata est ; sed
19 multis locis deleti sunt. Murus qui ad septentriones
spectat quadringentos quadraginta pedes longus est,
viginti vel triginta pedes altus. Sed quondam
22 maiorem altitudinem habebat ; nam fundamenta
murorum alte sub terra iacent. In angulis murorum
24 fundamenta turrium vides.

[Fourth Declension and Passives of Second Conjugation.]

1 23. Temporibus antiquis portus celeber hic
2 erat, cui nomen erat Portui Rutupino ; naves ex
3 Gallia in Britanniam navigantes ad hunc portum
4 plerumque applicabantur. Nam omnium portuum
Britannicorum hic optimus erat. Castellum in

CASTELLVM·RVTVPINVM

6 litore portus stabat. Intra muros castelli est area
lata. In media area fundamentum aedificii antiqui
vides, quod formam crucis habet. Hodie ' Crux
Sancti Augustini ' vocatur, sed temporibus Romanis
fundamentum phari erat, ut custos castelli affirmavit.
Sub hac cruce est aedificium subterraneum, quattuor
12 et quadraginta passus longum ; quod intravimus.
13 Cereos in manu tenebamus, quos custos dederat ;
nam locus obscurus erat. Ab hoc aedificio cuniculus,
in formam quadratam excavatus, sub magnam
16 partem areae pertinet. Dum per cuniculum ambu-
17 lamus, amita mea " Cui erat usui hic cuniculus ? "
inquit. Et custos sic respondet : " Piget me quod
19 de usu cuniculi nihil affirmare possum. Usui fortasse
20 erat, si castellum obsidebatur : ecce puteus altus, ex
21 quo aqua praeberi poterat." Postquam haec spec-
tavimus, iterum circum muros ambulavimus. Dum
23 ad dextrum cornu castelli stamus, patruus meus
nobis reliquias amphitheatri Romani monstravit,
quod non procul aberat. Magna multitudo num-
morum Romanorum in castello servantur ; ex quibus
unum mihi custos venumdedit. Tum custodem
28 valere iubemus, et ad cenam properamus.

IX. Angli et Saxones.

[Second Conjugation—Perfect Stem, Active.]

24. Inter cenam nos pueri " Quis hoc castellum
2 delevit ? " inquimus. Et patruus meus " De for-
3 tuna castelli nihil constat " inquit ; " aetas fortasse
muros delevit. Sed vos mihi respondete. Cuius
5 nomen hic praecipuo honore habetur ? " Aqua
6 haerebat : nihil habuimus respondere. Et amita

mea " Nonne memoria tenetis ? " inquit. Tum
Lydia, quae librum de historia Anglica in manibus
nuper habuerat, " Angli et Saxones " inquit " in 9
hunc angulum Cantii cursum tenuerunt." Et ille 10
" Verum est " inquit ; " nam anno quadringentesimo
quadragesimo nono Hengistus et Horsa ad insulam
Tanatim, quae tum revera insula erat, naves suas 13
applicaverunt. Locus ipse duo tantum vel tria
milia passuum a castello Rutupino iacet." Tum 15
illa " Nonne ab angulo Cantii Angli nomen suum
habuerunt ? " Nos pueri risimus. Sed amita mea 17
" Sic nuper affirmavit vir doctus. Atque nomen
ipsum Cantii nihil aliud significat quam promun-
turium vel angulum." Tum patruus meus " Sed
Tacitus populum Germaniae Inferioris commemorat
qui nomen habebat Anglorum ; pars Sueborum
erant." Et Lydia " Fortasse in angulo Germaniae
habitabant " inquit. Et ille " In paeninsula Cim-
brica revera habitavisse affirmantur ; et duo illa
verba ' angulus ' et ' Cantium ' Germanica sunt." 26

† 25. " Sed de Hengisto et Horsa " inquit
" non cogitabam cum interrogavi. Quis alius vir
clarus hic praecipuo honore habetur ? " Aqua
iterum haesit : nos nihil respondimus. Sed ille
" Abhinc annos duos saecula tredecim fuerant, 5
ex quo Sanctus Augustinus, nuntius verbi divini, 6
cum parva manu ministrorum fidorum huc cursum
tenuit. Nam anno quingentesimo nonagesimo sep-
timo post Christum natum Gregorius Primus, ponti-
fex Romanus, Augustinum notitiam Dei veri in
Anglia docere iusserat. Itaque Augustinus ex Gallia 11
in Britanniam navigavit, et navem suam ad insulam

Tanatim applicavit. Eo tempore Aedilberctus rex
Cantii erat, qui uxorem Christianam, nomine Berc-
tam, habebat, filiam regis Francorum. Itaque rex
16 Christianis benignus fuit, atque Duroverni, in capite
17 regni sui, eis domum praebuit."

1 † 26. Tum amita mea: "Sed antequam rex
Christianis domum praebuit, sermonem cum eis
habuit, dum in clivo gramineo sedebant, unde urbem
Durovernum procul videre poterant. Vel, ut non-
nulli libri historici affirmant, Christiani ad ipsos
muros Castelli Rutupini navem suam applicave-
rant, et per fenestram castelli cum rege sermonem
habuerunt. Nam eo tempore aqua portus Rutupini
usque ad muros castelli pertinebat. Rex Christianis
10 in hunc modum respondisse narratur. *Pulchra sunt
verba et promissa vestra; sed nova sunt et incerta;
nec deos antiquos, quos per multos annos ego et populus
meus adoravimus, oblivioni dare possumus. Sed, quia
ex terra peregrina huc cursum tenuistis, et in animo
habetis ea docere quae vera esse existimatis, non pro-
16 hibebo vos in regno meo manere et notitiam Dei vestri
docere. Itaque domum vobis Duroverni praebebo.* Et
basilicam Sancti Martini eis dedit."

[Perfect, Pluperfect and Future Perfect Passive—how expressed.]

27. Tum nos "Christiani igitur fuerant in
Britannia iam ante adventum Sancti Augustini?"
inquimus. Et ille "Fuerant" inquit; "nam basili-
cae a Christianis Britannicis iam temporibus Romanis
5 aedificatae erant, quarum reliquias vos Dubris
6 vidistis et ego Callevae vidi. Post principatum
Neronis multi Christiani in imperio Romano fuerunt;
nam anno primo et sexagesimo post Christum natum

Sanctus Paulus Romam captivus deportatus est. 9
Et uxor illius Auli Plautii, qui iam aetate principis
Claudii Britanniae praefuit, Christiana fuisse exis-
timatur. Nam 'superstitionis peregrinae' accusata 12
est. Nomen ei fuit Pomponiae Graecinae. Sed 13
Angli et Saxones, qui multos deos adorabant, basili-
cas Christianas plerumque deleverant. Basilica 15
autem Sancti Martini, quae Duroverni erat, non
omnino deleta erat. Durovernum igitur intraverunt 17
nuntii illi verbi divini, crucem argenteam et simu-
lacrum Christi in manibus tenentes, et carmen 19
sacrum cantantes : *Iram tuam ab hac urbe et a domo* 20
tua sancta remove, o Deus; quia peccavimus : alleluia!
Sic-Beda, vir venerabilis, narrat."

[Fifth Declension.]

28. Et amita mea : " Cur non illud in memor-
iam revocas, quod animum pontificis illius Gregorii
misericordia Anglorum commoverat ? Nam multis 3
annis ante in foro Romano quondam fuit, cum 4
pueros nonnullos facie pulchra, oculis caeruleis, 5
capillis flavis vidit. Misericordia commotus est : 6
nam illi pueri servi erant et venumdabantur. Itaque
mercatores, quorum in manu pueri erant, sic inter- 8
rogavit : " Quae est patria eorum ? " inquit. Et
mercatores " Ex Anglia sunt " inquiunt, " cuius
incolae huius faciei sunt." Tum Gregorius "Num 11
Christiani sunt ? " " Non sunt " inquiunt. Et ille
" Heu ! " inquit; " quam pulchra est facies eorum 13
quos Rex Tenebrarum ministros habet ! " Deinde 14
alia interrogavit : " Quid est nomen gentis eorum ? "
inquit. Responderunt eos esse Anglos. Et ille 16
" Recte ! " inquit; " nam angelicam faciem habent : 17

18 non Anglos sed Angelos eos vocari oportet. Sed
quid est nomen illius partis Angliae in qua habita-
bant ? " " Deira vocatur, quae pars Northumbriae
est " inquiunt. Sed ille " Recte ! " inquit; " nam
22 de ira Dei ad fidem revocandi sunt." Postremo
" Quis est rex illius partis Angliae ? " inquit. " Aella
vocatur " inquiunt. Tum " Alleluia ! " inquit ; " nam
25 dies adventat cum carmen omnium carminum
optimum in Anglia cantabitur ! "

1 † 29. Sed finis diei illius belli iam adventabat,
et necesse erat domum properare. Intra semihoram
3 vehiculum paratum erat, et in viam nos dedimus.
Dum in vehiculo sedebamus, muros castelli luna
plena illustratos vidimus. Pulchrum erat specta-
6 culum. Mox domi eramus. Nos pueri longo die
fatigati et semisomni eramus. " Non pigebit vos "
inquit amita mea " ad lectum properare." Ea
9 nocte Marcus et Alexander apud nos manserunt.
Postridie Dubras redambulaverunt.

1 † 30. Hodie iam quinque dies post Idus Sep-
2 tembres elapsi sunt, et dies ille ater appropinquat
qui ultimus feriarum erit. Omnium dierum ille
tristissimus est qui finis est feriarum. Nam triste
5 est verbum ' vale,' cum scholae instant. Intra
paucos dies patruum meum et amitam meam et
7 Lydiam valere iubebo. Quam bellae fuerunt feriae
8 a mane usque ad vesperum ! Quae mutatio rerum
9 instat ! Pauci erunt dies feriati, multi profesti.

10   Ille profestus erit, per quem tria verba silentur :
   Et qui festus erit, mane profestus erat.

12 Nam tribus illis verbis tres res significantur quae
pueris carissimae sunt—pila, follis, trigon.

COMMENTARII DE VITA MEA
AD VENTAM BELGARUM
ANNIS MDCCCXCIX ET MDCCCC.

X. Res Africanae.

[Recapitulation of Verbs.]

† 31. Kalendae sunt hodie Octobres. Apud
magistrum meum iam septem dies sum. Qui, cum 2
me vidit, " Salve " inquit ; " ut vales ? Fueruntne 3
tibi feriae prosperae ? " Et ego " Satis recte "
inquam. Et ille " Ubi fuisti per ferias ? " " In
Cantio fui " inquam " apud patruum meum, qui
te salvere iubet." " Num quid novi " inquit " inter 7
ferias vidisti ? " " Castellum Rutupinum " inquam
" vidi : mecum una fuerunt Marcus et Alexander."
" Recte " inquit ; " num ostreas illic natas gusta- 10
vistis ? " " Nullas gustavimus " inquam ; " sed
cur interrogas ? " " Quia temporibus antiquis
ostreae Rutupinae praeclarae fuerunt " inquit.
Et ego ridens " Piget me " inquam " quod mihi 14
ante hunc diem nihil de re notum fuit." Tum ille 15
" Num pater tuus " inquit " tibi ex Africa Meridiana
litteras nuper dedit ? " " Non dedit " inquam. Et 17
ille " Magna discordia est " inquit " inter Ministrum 18
nostrum qui Coloniis praeest et Patruum Paulum,
ut vocatur, cui cognomen est *Krüger* : is praefectus
est Reipublicae Africanae Batavorum."

[Third Conjugation—Present, Active and Passive.]

32. Tum ego " Quae est causa, quaeso, dis-cordiae ? " Et ille " Longum est dicere. Sed inter Britannos et colonos Batavos qui regionem trans Vahalem sitam colunt, multae fuerunt causae dis-cordiarum. Nunc de peregrinis, qui Rempublicam Africanam incolunt, disputatur. De hac re litterae a Ministro nostro ad Patruum Paulum et ab hoc ad illum iam per multos menses mittuntur. Sed aquam perdimus : currit hora. Patruus Paulus in hunc modum scribit : ' Peregrinos illos ' inquit ' in civitatem non admitto, quia nimis multi sunt, et quia non boni cives erunt.' Et re vera plures sunt numero quam cives Batavi. ' Tantam multitudi-nem ' inquit ' in qua sunt non solum Britanni sed etiam Americani, Germani, Francogalli, Helvetii, Iudaei, ceteri, in civitatem admittere non possum.' Sed Minister noster sic dicit : ' Oportet eos ad-mitti : nam nos Britanni peregrinos, qui in Coloniam nostram migrant, omnes in civitatem admittimus. Cur igitur Britanni qui in rempublicam vestram migrant in civitatem non admittuntur ? ' Sed Patruus Paulus ' Haec omnia ad Britanniam non pertinent.' inquit : ' Britannos res suas curare oportet.' Difficilis est quaestio. Sed maxima causa irae est quod Batavi peregrinos iniuriis contumeliis-que vexant ; ignavos vocant, quibus usus armorum denegatus est."

XI. Origo Reipublicae Africanae.

[Third Conjugation—Past Imperfect, Active and Passive.]

33. Postridie nos pueri, qui classis quartae

discipuli sumus, magistrum de origine Reipublicae
Africanae Batavorum interrogavimus. "Qui sunt
illi coloni?" inquimus; "quid significat nomen
ipsum *Boer*?" Et ille "Coloni illi Africani" inquit
"originem suam a Batavis Europaeis ducunt.
Nomen *Boer* lingua Batava nihil aliud significat
quam 'agricolam' vel 'colonum.' Caesar 'insulam
Batavorum' in libro quarto Belli Gallici com-
memorat. Ea insula inter Rhenum et Vahalem
11 iacebat: nam Rhenus, ubi in Oceanum influebat,
12 in duo flumina dividebatur, sicut nunc quoque
dividitur, quorum unum Vahalis nominabatur.
Insulae quae inter haec flumina iacebant 'a nation-
15 ibus feris barbarisque' incolebantur, ut Caesar
dicit. Martialis, poeta Romanus, eos homines
17 magnis et robustis membris, capillis flavis vel rufis
18 fuisse dicit. Tacitus Batavos omnium nationum
Germaniae Inferioris fortissimos fuisse dicit; ex
interioribus partibus Germaniae propter discordiam
domesticam migraverant. Insula eorum pars im-
perii Romani erat; sed Batavi acerrimi defensores
libertatis suae fuerunt. Tributum Romanum non
tolerabant."

[Imperative Active of the Third Conjugation.]

1   34. "Itaque, ut Tacitus dicit, 'manebat honor
2 et antiquae societatis insigne.' Vos pueri capita
undetricesimum Germaniae et duodecimum libri
4 quarti Historiarum legite. In usum proeliorum
reservabantur, et in exercitibus Romanis militabant.
Periti erant natandi. Cohors Batavorum, quae in
exercitu Agricolae militabat, quondam trans fretum
in Monam insulam natavit.

† Nos Britanni quoque originem nostram praecipue a populis Germanicis ducimus : nam Angli et Saxones, qui quinto saeculo in Britanniam infundebantur, nationes Germaniae Inferioris erant. Et iam ante tempora C. Iulii Caesaris multi Germani in Britanniam meridianam migraverant : nam Belgas Germanica origine fuisse Caesar dicit, et a Belgis Venta Belgarum nomen suum ducit. Itaque nos Britanni cognati sumus colonorum Batavorum. Origine et nos et illi Germani sumus : animo quoque germanos esse nos oportet. Nam nomen Germanorum nihil aliud significat quam ' fratres.' Multum valet communio sanguinis."

† 35. " Batavi, qui regionem trans Vahalem sitam incolunt, Coloniam nostram Africanam quondam incolebant. Sed abhinc annos quinque et sexaginta magna discordia erat ; et Batavi trans flumen illud Africanum migraverunt, quod ex flumine Europaeo Vahalem nominaverunt, et novam rempublicam sub principatu et patrocinio Britannico condiderunt, cui nomen Reipublicae Africanae dederunt. Ex quo tempore multae discordiae fuerunt inter nos et illos colonos. Abhinc annos duodeviginti bellum fuit, in quo Batavi victoriam a parvo exercitu Britannico in colle Maiuba reportaverunt. Qua ex re magnos sibi spiritus in re militari sumunt. Dicunt se Britannos bello vincere et in mare pellere posse. Haec somnia sunt ; sed periculum est belli domestici. Nam multi ex Batavis qui Coloniam nostram incolunt novis rebus student. Societatem quandam condiderunt cui nomen est Societati Africanae ; cuius consilium est omnes Batavos qui

Africam Meridianam incolunt in unam Rempubli-
cam Batavam consociare. Nobis Britannis necesse
est principatum nostrum totius Africae Meridianae
23 obtinere, et imperium Britannicum, tantis laboribus
24 conditum, defendere."

XII. Initium Belli.

[Third Conjugation—Future, Active and Passive.]

1 36. Magnum periculum belli esse magister noster
2 dicit. " In litteris " inquit "quas praefectus Britan-
nicus nuper ex Terra Natali dedit, Batavi magnas
4 copias conscribere nuntiantur. Nos duodecim tan-
tum milia militum in Terra Natali habemus ; in
6 exercitu Batavorum multo plures sunt. Copias
7 maiores mox mittemus, coloniae defendendae
causa ; sed si Batavi exercitum suum in Terram
9 Natalem ducent, quid prohibebit eos totam coloniam
10 percurrere, dum copiae nostrae in mari erunt ?
Magnum exercitum in India habemus ; sed is ad
12 hoc bellum non mittetur." Sic dicit magister noster.
Sed nos pueri bellum non formidamus. Colonias
14 nostras 'robur et aes triplex' navium longarum
15 Britannicarum defendet. 'Etiam atque etiam
16 pugnabimus et vincemus' ut est in carmine nostro
Anglico. Britannia est domina undarum. Si
bellum erit, pater meus ex Colonia litteras ad me
19 mox mittet, ut spero. Litteras quas scribet ad
20 patruum meum mittam ; nam eas libenter leget.
21 Postea has et alias litteras colligam et in commen-
tarios meos exscribam. En litterarum ipsarum
exemplum !

[Third Conjugation—Perfect Stems Active, formed with *s.*]

37. PATRUUS ANTONIO SUO SALUTEM DICIT.

Si vales, bene est ; ego valeo. Ex Africa semper [1]
aliquid novi! Sic dicebant Graeci, et hodie quoque [2]
verum est. Nam Batavi summa audacia ad nos
litteras ultimas miserunt, in quibus bellum nobis [4]
indixerunt, nisi copias nostras, quae in coloniis [5]
nostris Africanis quaeque adhuc in mari sunt, intra
diem deduxerimus. O audaciam singularem Ste- [7]
phani Joannis Pauli, qui praefectus Reipublicae
Africanae est ! Nos nihil respondebimus ; nullas
copias deducemus ; immo maiores mittemus. Quae [10]
est causa tantae audaciae, tantae stultitiae ? Sed
bellum non parvum erit. Batavi sexaginta milia
virorum habebunt. Nam Orangia, cui nomen est [13]
Liberae Civitati, se cum Republica Africana con-
sociavit, et magnam multitudinem virorum ad
bellum promisit. Mirum est quod haec civitas [16]
nobis bellum indixit. Nam nulla causa discordiae
est inter nos et Orangiam. Amita tua tibi multam
salutem dicit. Cura te diligenter. Vale. Die
quinto ante Idus Octobres scripsi. [20]

[Third Conjugation—Perfect Stems Active, formed without any
suffix.]

38. PATER FILIO SUO SALUTEM PLURIMAM DICIT. *

Si vales, bene est ; ego et mater tua valemus.

▬ 'Africa terribili tremit horrida terra tumultu.' [2]

Num versum illum poetae antiqui legisti ? Hodie [3]
quoque dici potest. Duobus in proeliis hostes vic- [4]

---

* Hae litterae Idibus Novembribus in Angliam redditae sunt.

5 imus, et Terram Natalem, ut poteramus, defendimus.
6 Primam victoriam die tertio decimo ante Kalendas
7 Novembres ad Collem Talanam reportavimus, qui
in angulo Terrae Natalis situs est. Hostes copias
9 suas in collem collegerant ; sed duae cohortes Hi-
10 bernicae et una Anglica impigre procucurrerunt et
11 hostes ex colle pepulerunt. Sed legatus Britanni-
12 cus, graviter vulneratus, post proelium exspiravit.
Postridie alter exercitus Britannicus hostes ad
14 Saltum Cervinum, inter Collem Talanam et Castra
Mariana situm, vicit. Batavi tum quoque in monti-
16 bus stabant ; per totum diem et nostri et hostes for-
17 tissime pugnaverunt ; sub vesperum tres cohortes
Anglorum et Scotorum una cum manu equitum
19 Africanorum levis armaturae montes ascenderunt et
hostes in fugam dederunt. Batavi duo tormenta
21 amiserunt una cum vexillo in quo erat insigne Rei-
publicae Batavae Consociatae. Vale, mi carissime,
23 et scribe mox ad nos. Haec ex Colonia die
24 septimo ante Kalendas Novembres scripsi.

[Third Conjugation—Perfect, Pluperfect, Fut. Perf., Passive.]

39. PATER FILIO SUO SALUTEM.*

1 S.V.B.E.E.V. Has litteras, mi fili, non libenter
leges. Nam de fortuna mutata dicam. Nostri
post victorias illas, de quibus in prioribus litteris
scripsi, loca obtinere non poterant. Itaque
5 copiae nostrae reductae sunt et circum Castra
6 Mariana collectae ; ubi die tricesimo mensis Octobris
7 proelium ante oppidum commissum est. Quo in
proelio nostri laboraverunt. Sed opportune accidit

---

* Litterae die tertio et vicesimo mensis Novembris redditae.

quod nonnulla tormenta navalia, quae classiarii
nostri in ipso tempore apportaverant, nostris 10
auxilio fuerunt.   Post proelium autem magnum in- 11
commodum nuntiatum est.   Nam proxima nocte
duae cohortes nostrorum in collem, qui ad sep- 13
tentriones situs est, missae erant, loci occupandi 14
causa.   Sed in itinere mulis, qui tormenta nostra
trahebant, terror subito incidit, et omnes velut
furore acti in fugam se dederunt, arma virosque in 17
tenebris praecipitantes.   Postridie mane nostri se
in loco iniquo esse viderunt : ab hostibus undique 19
circumdati erant.   Fortiter sed frustra se de- 20
fenderunt, et tandem coacti sunt se dedere.   Haec 21
Nonis Novembribus scripsi.   22

XIII. Milites Reginae.

[Fourth Conjugation—Present, Active and Passive.]

40. Hodie dies est tertius mensis Novembris.
Nos pueri multa de bello audimus.   Veniunt fere 2
cotidie litterae ab amicis nostris, quae magno
studio leguntur et custodiuntur.   Magnopere nos 4
delectat de ' Militibus Reginae ' audire et cantare. 5
Hodie magister noster, postquam in scholam venit 6
" Audite, pueri," inquit " quod in actis diurnis 7
legi. Batāvi copias nostras circumdederunt. 8
Castra Mariana duodecim milia nostrorum cus- 9
todiunt. Sed non facile erit oppidum munire.   In
campo iacet, quem colles undique circumdant.
In collibus Batavi tormenta sua magna posuerunt, 12
unde missilia omnis generis in oppidum effundere
poterunt. Numero nostros multum superant.
Sed quinquaginta milia virorum in Africam
Meridianam nuper emisimus."

[Fourth Conjugation—Past Imperfect and Future, Active and Passive.]

41. " Sed cur non multo ante " inquit " bellum paravimus ? Nam proverbium est ' in pace
3 bellum para.' Crebri nuntii de periculo belli venie-
4 bant. Batavos enim bellum per multos annos
5 parare audiebamus : urbes suas muniebant, milites ex omnibus partibus Europae conscribebant. Sed
7 nos nihil paravimus. Nesciebamus enim periculum verum esse. Nunc scimus : sed num sero scimus ? Magnum exercitum nuper emisimus : sed quando
10 in Africam Meridianam adveniet ? Num ante ad- ventum exercitus nostri de aliis victoriis Batavorum
12 audiemus ? Quis Terram Natalem a Batavis
13 custodiet, dum exercitus noster in mari erit ? Nam sex milia milium passuum sunt inter nos et Pro- munturium Spei Bonae. Hostibus autem tota
16 regio ubi pugnabitur, omnia vada omnium flu- minum nota sunt."

[Fourth Conjugation—Perfect Stem Active.]

42. Hodie, qui est dies decimus mensis Novem- bris, de adventu in Africam Meridianam unius ex magnis illis navibus, quae ' Castella ' nominantur,
4 audivimus. A portu nostro Anglico ad Promun- turium Spei Bonae intra viginti dies navigaverat.
6 Heri advenit, et statim ad Portum Natalem missa est, quo intra paucos dies perveniet. Sed Castra Mariana ducenta fere milia passuum a Portu Natali distant. In illa autem navi est una cohors
10 eorum qui patriam vocantem audiverunt. Imperator
11 noster, cui cognomen est *Buller*, pridie Kalendas

Novembres advenerat. Interea nostri Castra
Mariana fortiter custodiverunt. Ea loca quae muniri 13
poterant muniverunt. Opportune vero accidit quod 14
tormenta illa navalia, quae ad proelium ante
oppidum commissum in ipso tempore advenerunt, 16
nunc in oppido sunt.

XIV. Tria Oppida Obsessa.

[Verbs in *io* with Infinitive in *ere*—Present, Past Imperfect
and Future, Active and Passive.]

43. MATER FILIO SUO SALUTEM PLURIMAM.
S.V.B.E. Nos valemus. Has litteras, quas
Nonis Decembribus scribebam, tu, mi Antoni, non
ante ferias Natales accipies : et omnia quae scribere 3

poteram, iam ante adventum litterarum mearum
5 audiveris. Sed pauca verba ad te mittere cupiebam.
6 Cur tam diu nihil litterarum a te ? Ut vales ? Quid
tu et condiscipuli tui, Marcus et Alexander, inter
8 ferias facietis ? Mox a te litteras accipiemus, ut
9 spero. Nos magnum dolorem ex bello capimus.
Batavi Castra Mariana iam plus quam triginta dies
11 obsident. Oppidum capere magnopere cupiunt,
12 et fortasse capient. Noctes diesque missilia omnis
13 generis in oppidum iaciunt, et impetus in nostros
14 faciunt. Nostri autem quid facere possunt ? Deficit
cibus, deficit aqua. Vix somnum capere possunt.
16 Necesse est eis cuniculos et puteos in terra fodere.
17 Eo se recipiunt si tormenta Batavorum audiuntur ;
18 sed pauci tormentis interficiuntur. Sic litterae,
quae per columbas mittuntur, nuntiant. Et duo
alia oppida Britannica, Adamantopolis et Statio
Bechuanarum, a Batavis obsidentur. Tu vero
mox rescribe. Etiam atque etiam vale.

XV. Victoriae et Clades Britannicae.

[Verbs in *io* with Infinitive in *ere*—Perfect Stems.]

1 44. *Idibus Decembribus scriptum.* Intra hos
viginti dies de tribus victoriis atque duabus
3 cladibus Britannicis nuntium accepimus. Exer-
citus Britannicus, in quo octo milia virorum erant,
per fines Orangiae iter faciebat, Adamantopolim
obsidione liberandi causa. Via per campos latos
et apertos ducebat ; sed nonnullis in locis tumuli
8 erant, quos necesse erat superare. Hos Batavi,
9 velut aquilae nidos suos, insederant, et viam
custodiebant. Sed nostri impetus in eos fortissime

fecerunt, tumulos ceperunt, hostes in fugam con- 11
iecerunt. Quibus in proeliis, ad Montem Bellum et 12
Lacum Gramineum pugnatis, Custodes Regales et
classiarii nostri praecipuam laudem reportaverunt.
Inde iter ad Flumen Turbulentum inceperunt. 15
Dux autem Batavus, cui nomen est *Cronje*, in ripis
fluminis magnas fossas puteosque foderat, in 17
quibus copias suas et tormenta occultaverat. Ibi
per totum diem acerrime pugnatum est. Batavi 19
circiter quingentos ex nostris interfecerunt vel 20
vulneraverunt. Tandem nostri impetum in sinis-
tram partem fluminis fecerunt, et se traiecerunt. 22
Tum Batavi se ex proelio receperunt. 23

† 45. Haec victoria die duodetricesimo mensis No-
vembris reportata est. De qua patruus meus mihi
haec scripsit :—" Victoria nostris non magno usui
erat, quia hostibus instare non poterant. Nam
legatus Britannicus nullos equites habebat. Pedi- 5
tes nostri ad huiusmodi bellum minus apti sunt.
Batavis, sicut Britannis antiquis, non mos est iusto 7
proelio pugnare. Equites eorum arma peditum por-
tant et pedibus pugnare possunt. Itaque mobili- 9
tatem equitum, stabilitatem peditum in proeliis prae- 10
stant."—Exercitus noster iam viginti tantum milia 11
passuum ab oppido obsesso aberat. Sed inter castra
nostra et Adamantopolim mons erat, Macrifontium
nomine, quem necesse erat superare. Legatus nos-
ter quattuor cohortes Caledonum praemisit, loci
occupandi causa. Sed Batavus suos in fossis, quas 16
ante montem foderat, in insidiis posuerat. De magna
clade Britannica accepta in actis diurnis haec legi. 18

† 46. "Silentio noctis per tenebras et imbrem
Caledones agmine quadrato ad locum iter faciunt.
Subito aër ignibus tonitruque tremit; hostis autem
nusquam conspicitur. Sed ex omnibus fossis imber
mortifer missilium in ordines nostros effunditur,
et puncto temporis ducenti vel trecenti ex viris
illis fortissimis una cum legato mortui vel vulnerati
iacuerunt. Nostri in insidias inciderant. In tenebris
autem nullus erat usus oculorum ; nec imperia in
tanto tumultu audiri vel accipi poterant. Ordines
igitur nostri perturbati et confusi sunt ; arma virique,
alius super alium, praecipitabantur : non proelium
sed trucidatio fuit. Nostri ex loco mortifero, ut
poterant, se receperunt, vel viam per medios hostes
facere contenderunt. Plus quam septingentos viros
ex quattuor illis cohortibus amisimus." Haec
clades mane diei undecimi mensis Decembris
accepta est. Pridie alia clades Britannica ex Colonia
nuntiata erat.   Alius exercitus Britannicus ad
Montem Procellarum in insidias inciderat, et victus
erat.   Nihil eorum quae apud nos agebantur hosti-
bus ignotum erat.   Nam exploratores omnia
indicaverant.

† 47. Feriae Natales adventant. Intra tres dies
apud patruum meum ero. Dulce domum ! Sed feriae
non hilarae erunt. Nam de tertia clade, in Terra
Natali accepta, acta diurna haec nuntiant :—" Mag-
nus ille exercitus Britannicus, cui imperator noster
praeest, plus quam viginti milia virorum numero,
Castra Mariana obsidione liberare contendebat. Inter
nostros et oppidum fluebat Tugela, quem Batavi oc-

cupaverant et in ripis fossas suas mortiferas foderant.
Mane diei quinti decimi mensis Decembris imperator
noster quattuor legiones suas ad proelium eduxit.
Caelum caeruleum et serenum erat ; magnus calor
solis. Legio Hibernica, quae in sinistro cornu erat, ad 13
ripas fluminis fortissime appropinquavit ; sed post-
quam quingentos vel sescentos viros amiserunt, se
recipere coacti sunt.   In dextro cornu tormenta
nostra defensoribus nudata sunt ; quorum decem
ab hostibus capta sunt, postquam ei qui tormentis
ministrabant paene omnes interfecti sunt. Sed
duo ex tormentis parva manus nostrorum e loco 20
mortifero recepit. Facinus pulcherrimum fuit. In
ea manu fuit adulescens egregiae spei, nomine
Roberts." Fuit : nam is quoque, graviter vulneratus,
postero die exspiravit. In eo proelio mille ducen-
tos viros amisimus.

FOSSA·BATAVORVM

XVI. Foedus nominis Britannici.

[Present Injunctive of *sum.*]

1   48. Hodie Dies Natalis est Christi. Ante paucos dies novus imperator Britannicus ad Promunturium Spei Bonae navigavit. De quo patruus meus haec dixit :—" In hoc viro summa est scientia belli, clarissima virtus, egregia fortuna. Magnum sibi quondam nomen in India fecit ; nunc senex est, 7 septem et sexaginta annos natus. Et pater est 8 illius adulescentis qui ad Tugelam cecidit dum 9 facinus pulchrum et periculosum facit. Pater mortem filii sui deplorat ; sed patriam ipsam vo-11 cantem audivit. Sit ei iter prosperum ! Sit in illo nomine Spei Bonae omen rerum prosperarum ! 13 Nam nomen est omen, ut poeta Romanus dixit. 14 Quondam Promunturium Procellarum vocabatur. Exercitui maximo ducentorum milium virorum praeerit. Numquam post hominum memoriam tantus exercitus trans mare transportatus est, 18 quantum nunc emisimus. Quod reipublicae nostrae prosit ! "

[Present Injunctive of First Conjugation.]

   49. Postridie patruus meus haec ex actis diurnis 2 recitavit :—" Ex Africa Meridiana nihil novi. Sed 3 magnitudo populi Britannici prope admirabilior in rebus adversis quam in prosperis fuit. Opus magni laboris erit, tot atque tam validos hostes vincere. 6 Sed etiam atque etiam pugnemus, donec vicerimus. 7 Deus nobis fortunam det ! Ne desperemus ! 8 Festinemus lente, sicut Fabius ille Maximus fecit, 9 de quo poeta Romanus haec scripsit :

Unus homo nobis cunctando restituit rem.   10

Hoc bellum Britanniam, matrem tot filiarum egregiarum, cum coloniis suis in unius et maioris 12 populi corpus consociavit.

Una dum Regina nostra est, unus in Reginam amor,   14
Unum foedus omnis esto nominis Britannici !   15

Sic una voce exclamat Maior illa Britannia, cui sol numquam occidit.   Coloniae autem nostrae 17 liberae maximam sibi laudem esse iudicant, dicere 18 posse :

Filia matris in domo,   20
Domina sum tamen domi.

Tu, Canada, duo milia filiorum tuorum misisti. 22 Vos, Coloniae Australienses, cum Nova Zelanda et Tasmania octo milia misistis.   Tu, Terra Natalis, quae filia Britanniae natu minima es, quinque 25 milia dedisti.   Quam vera sunt verba Horatii! 26

Caelum non animum mutant qui trans mare currunt.   27

Et in Britannia ipsa magna multitudo voluntariorum nomina sua dederunt.   Deus salvam praestet 29 Reginam ! ”

XVII.   Post tenebras lux.

[Present Subjunctive of *sum* and First Conjugation.]

50. Initium est novi anni.   Batavos piget Castra Mariana iam duos menses obsidere ; nostros quoque obsideri piget.   Hostes igitur operam dant ut oppidum vi expugnent, et diem constituunt quo 4 impetum in Caesaris Castra dent, quae ad meridiem 5 oppidi iacent.   De qua re patruus meus haec

recitavit :—" Silentio noctis pedibusque nudis collem ascendere incipiunt. Sed Mancunienses nostri ad arma volant. Ad decimam horam diei
10 pugnatur, quo tempore tantus imber cadit, ut sol
11 nebulis obscuretur. Tum impetum tam acrem in
12 Batavos faciunt ut eos propulsent et castra salva
13 praestent. Pulcherrimum erat facinus. Sed in oppido summa inopia est, ut litterae, quae per columbas mittuntur, nuntiant. Cibus carissimus est ; nulli iam boves, nullae oves, nulli porci in
17 oppido sunt. Carne equina victitant. Multi
18 homines aegrotant ; sed ubi nullae vaccae sunt, lac
19 deest. Gallinae denariis viginti constant, duodecim ova triginta denariis, cetera grandi pretio. Navis aëria nonnumquam ex oppido emittitur, ut
22 quae apud hostes aguntur explorentur. Ex qua

NAVIS · AERIA

nostri feminas Batavas cum festo ornatu nonnumquam vident, quae via ferrata apportantur, ut obsidionem spectent." Navis aëria ita facta est 25 ut ad terram applicetur, si necesse sit. Nam cum 26 aëre plena est, in caelum ascendit ; cum aër emittitur, descendit.

XVIII. Adamantopolis obsidione liberata.

† 51. *Die septimo decimo mensis Februarii scriptum.*
Magnum hodie gaudium per totam Britanniam est. Nam Adamantopolis obsidione liberata est ! Imperator novus vincere scit. Initio mensis 3 Februarii Caledones emittit, qui ab oriente im- 4 petum in Batavos dent ; interea quinque milibus 5 equitum Anglorum et Australiensium imperat, ut 6 ab occidente ad oppidum obsessum equitent. 7 Itaque, dum Batavus cum Caledonibus proelium committit, equites noctu iter incipiunt. Per tres dies calorem solis et pulverem tolerant ; multi viri et equi calore et labore interficiuntur. Tandem die quinto decimo mensis Februarii incolae oppidi pulverem solito densiorem in campis latis et apertis 13 conspiciunt. Equites ad oppidum appropinquant. 14 Sed vestimenta eorum incolis oppidi ignota erant. Itaque ei qui in statione ante oppidum erant " Salvi sitis ! " inquiunt ; " sed qui estis ? unde 17 venitis ? " Et equites " Ex Australia venimus " inquiunt " ut oppidum vestrum obsidione liber- 19 emus . " ' Deo sit gratia " inquiunt illi ; " nam 20 obsidionem iam per tres menses toleravimus."— Omen est in illo nomine Adamantopolis. Nam 22 ' adamanta movere ' proverbium est. 23

[Present Injunctive and Subjunctive of other Conjugations.]

52. AMITA ANTONIO SUO MULTAM SALUTEM DICIT.

S.V.B.E.E.V.   Litterae tuae me magnopere
2 delectaverunt.   De Adamantopoli obsidione liberata
nos quoque gaudio triumphamus.   In imperatore
4 nulla est mora.   Num acta diurna legis ?   Noster
5 quinque et viginti milia virorum emisit, qui Bata-
6 vum a meridiana parte oppugnent, dum equites illi
qui Adamantopolim obsidione liberaverunt eum a
8 septentrionibus itinere prohibeant.   Sed videat
9 imperator noster ne quid detrimenti respublica
10 capiat !   Animo anxia sum.   Nam dies ille Maiu-
bensis appropinquat, quo abhinc annos undeviginti
coloni illi Batavi exercitum Britannicum vicerunt.
Dies erat septimus et vicesimus mensis Februarii.
14 Deus omen avertat !   Deus prohibeat ne hic dies
15 nobis iterum ater sit !   Det ut hoc anno nos
16 hostes vincamus !   Patruus tuus rogat ut tibi suis
17 verbis salutem dicam.   Tu cura ut valeas.   Haec
ego die vicesimo mensis Februarii scripsi.

XIX. Dies Maiubensis.

[Past Imperfect Subjunctive of *sum*.]

53. Kalendae sunt hodie Martiae. Victoria per
totum imperium Britannicum conclamatur !   Nam
duas magnas victorias a Batavis reportavimus.
4 In finibus Orangiae noster venit, vidit, vicit.   Bata-
vus castra sua ad Montem Equinum moverat, ubi in
ripis Fluminis Turbulenti fossas cuniculosque more
7 suo foderat, in quibus sui tuti essent.   Ibi noster
8 eum velut indagine circumdedit, ne evadere posset.

MONS EQUINUS
Fossae Batavorum...■
Fossae Britannorum. ∞
Milia Passuum

Castra Batavorum

Canadenses

Castra Britannica

Flumen Turbulentum

Batavi se per decem dies fortissime defenderunt, sed frustra. Nostri quoque fossas contra fossas Batavorum foderunt ; has ita cotidie propius moverunt, 11 ut tandem septingentos tantum passus a fossis Batavorum abessent. Postremo duae centuriae Canadensium noctu etiam propius appropinquaverunt, et ibi novas fossas foderunt. Tum Batavus salutem 15 desperavit, et postridie se cum toto exercitu suo dedidit. Dies erat Maiubensis. Quattuor milia 17 captivorum in Coloniam missi sunt. Regina nostra 18 populo Canadensi litteras misit, in quibus admirationem tantae virtutis significat, et mortem tot virorum fortium deplorat. De imperatore nostro Marcus hunc versum scripsit :

Unus homo nobis properando restituit rem. 23

[Past Imperfect Subjunctive of First, Second, Third, and Fourth Conjugations.]

54. Altera victoria eius diei in Terra Natali
reportata est, ubi Fabius ille noster operam
dabat ut Castra Mariana obsidione liberaret. Bis
iam flumen Tugelam traiecerat, ut hostes loco mov-
eret et viam ad oppidum obsessum faceret. Sed bis
coactus erat ut suos reduceret. De quibus ex-
peditionibus patruus meus ad me haec scripsit :—
" Via trans montes tam altos et difficiles ducebat,
ut pauci multos itinere facile prohiberent. Sed
nostri per tres menses tantam virtutem prae-
stiterunt, ut calorem, pruinam, imbrem, inopiam,
vulnera, mortem aequo atque hilaro animo toler-
arent, montes altissimos ascenderent, loca iniquis-
sima caperent, omnem vim et impetum belli sus-
tinerent. Haec facilia ex difficillimis magnitudo
animi reddidit ; ut omnes homines de tanta forti-
tudine cum admiratione audirent, iudicarentque
nullos milites umquam fortius sanguinem suum
pro patria profudisse. Et quamquam ter frustra
contenderant, ut hostes ex illis montibus pellerent,
tamen audacia vere Britannica constituerunt ut
etiam atque etiam pugnarent, donec vincerent."

† 55. Et vicerunt. Nam postquam die altero
et vicesimo mensis Februarii legio Hibernica flumen
ab oriente traiecit, ut collem Petreium, in quo
Batavi stabant, caperet, die septimo et vicesimo
totus exercitus Britannicus traiecit et cum Batavis
proelium commisit. Tam acriter pugnatum est ut
ex nostris mille sescenti viri amitterentur. Tandem

sub noctem colles illos omnes cepimus et hostes in fugam coniecimus. Postero die manus equitum Britannicorum in oppidum, iam quattuor menses obsessum, equitavit. Magnum erat gaudium et obsessorum et eorum qui oppidum obsidione liberaverant. Et maius fortasse est gaudium totius imperii Britannici. O diem pulchrum, quo 14 per virtutem militum nostrorum et oppido illi obsesso et patriae nova lux affulsit! Nobis pueris 16 propter duas illas victorias dies feriatus datus est, quo scholis liberi essemus. Noctu schola nostra 18 ignibus festis illustrata est; et magistri et pueri insignia triumphalia in memoriam Montis Equini et Castrorum Marianorum fabricata gerebant. 21

XX. Pax Britannica.

† 56. PATER FILIO SUO CARISSIMO SALUTEM.

Hodie, mi fili, tibi longas litteras scribere in animo habeo. Plus quam tres menses sunt ex quo 2 exercitus Batavus ad Montem Equinum captus est, et copiae nostrae victrices Florifontium, caput Orangiae, intraverunt. Nunc vexillum Britannicum Praetoriae, in ipso capite Reipublicae 6 Africanae, salutavimus. Vos, qui in Britannia 7 habitatis, gaudere scio. Sed quanto gaudio nos, 8 qui per tot annos hunc diem exspectavimus, triumphare putatis? Narrabo tibi: abhinc annos undeviginti, post cladem illam Maiubensem, Britanni, qui Praetoriae habitabant, vexillum Britannicum velut mortuum humaverunt. In monumento inscriptum est 'In memoriam vexilli Britannici carissimi, quod anno millesimo octin-

gentesimo octogesimo primo vita decessit, quattuor annos natum. Resurgam.' Resurrexit. Hodie omnia plena sunt laetitiae. Statio illa Bechuanarum, quae per septem menses obsidionem tanta fortitudine, animo tam hilaro sus-
21 tinuerat, obsidione liberata est. Tibi, dux fortissime, qui oppidum prospere defendisti, gratias
23 agimus maximas. Bene vertat, quod agas! Floreat Domus Carthusiana, in qua educatus es! Sed eos quoque memoria teneamus, qui pro
26 patria pugnantes vitam exspiraverunt. Solum Africanum Britanniae et coloniarum Britannicarum commune sepulchrum est. Monumentum in memoriam filii imperatoris nostri ad Tugelam factum nuper vidi : in quo haec verba sunt—

In Memoriam
FREDERICI HUGONIS SHERSTON ROBERTS
QUI DIE XVIII ANTE KAL. IAN. A. S. MDCCCXCIX VULNUS MORTI-
FERUM ACCEPIT
35 DUM FACINUS EGREGIUM ET AUDAX FACIT
PROPTER QUOD CRUCIS VICTORIANAE DECUS MERUIT.
37 AD TUGELAM POSTRIDIE EXSPIRAVIT.

Vita eius brevis sed non imperfecta fuit. Nam
39 quid pulchrius est quam pro patria pugnantem vitam exspirare ? Tu, mi fili, exemplum tantae virtutis memoria tene. Ab his et huiusmodi viris

imperium Britannicum conditum est et con-
servabitur. Floreat Etona, ubi adulescens ille
fortissimus educatus est !

Quid est imperium Britannicum ? Societas
populorum et nationum, quae communione bene-
ficiorum officiorumque continetur. Bella enim pro
sociis coloniisque sumuntur et geruntur ; coloniae
pro Britannia, communi omnium Britannorum
parente, sanguinem suum profundere paratae sunt.
Nam principatus Britannicus imperium et liber-
tatem, res quondam inter se contrarias, consociat.
Itaque illud patrocinium orbis terrarum verius 53
quam imperium nominari oportet. Videamus, mi 54
fili, ne, ut maioribus nostris pulcherrimum fuit 55
tantam nobis gloriam imperii tradere, sic nobis 56
turpissimum sit id quod accepimus obtinere et 57
conservare non posse. Illud vero imperii nostri 58
firmissimum fundamentum est quod victos in 59
civitatem admittere possumus. Ianua nostra
omnibus aperta est. Batavis, igitur, sicut aliis 61
populis victis, civibus Britannicis esse licet. Ex 62
hostibus socii aliquando fuerint, ut speramus ; quo
tempore hanc sibi quisque maximam laudem
iudicabit, ut de se dicere possit 'Civis Britannicus 65
sum,' et de Britannia—

Fecisti patriam diversis gentibus unam !   67

Nam quae Claudianus, poeta Romanus, de urbe 68
Roma scripsit, ea etiam verius de Britannia dicere
licet :—

E

70   Haec est, in gremium victos quae sola recepit,
     Humanumque genus communi nomine fovit,
     Matris non dominae ritu; civesque vocavit
73   Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.
74   Huius pacificis debemus moribus omnes
75   Quod cuncti gens una sumus.

76   Nos, igitur, hodie, sicut olim Camillus ille
Romanus, templum Concordiae consecremus, in
78 quo haec verba inscribantur : PACI ET LIBERTATI
RESTITUTAE.

80   Bellavimus ; esto.
          Sed cecidere odia, et tristes mors obruit iras.

Tu vero, fili mi carissime, bene vale, et me
ama. Scripsi Nonis Iuniis, Anno Salutis MDCCCC.

VEXILLUM BRITANNICUM.

PREPARATIONS.

Note to the Teacher.—The following " Preparations " are not intended to do the work of a vocabulary : they are of the nature of outline lessons on grammatical points, and therefore contain only (1) words presenting some new grammatical feature not previously studied, (2) constructions or phrases which call for special notice. In this respect these Preparations differ from those given in *Ora Maritima*. The pupil is now supposed to be capable of looking out unknown words in the Alphabetical Vocabulary (pp. 149-175).

In connexion with each new grammatical feature introduced, the necessary grammatical rules and tables are given ; so that the pupil using this book has no need of a separate grammar.

The amount of grammar assumed as known at the start is that contained in *Ora Maritima*, viz., the first three Declensions of Nouns, Adjectives of similar formation (except those in —, *is*, *e* of the 3rd Declension), all the tenses of the Indicative Active of the 1st Conjugation and of the verb *sum*, and a few isolated forms of Pronouns (*me, mihi ; te, tibi ; se, sibi ; nos, nobis ; vos, vobis*).

On the Pronunciation of Words.—If the last syllable but one of a word of ˌmore than two syllables is *long*, it is also accented (thus : *remōtus*) ; if *short*, the accent is thrown back on to the last syllable but two (thus : *rémŏvet, rémŏvē*). Words of only two, syllables are always accented´on the first of the two (thus : *vīrēs, vírum*). Very few Latin words are accented on the last syllable. The only one that occurs in this book is *adhúc*. This and similar words have lost aˌsyllable, which explains the accentuation : *adhūc* stands for *adhū-ce*.

Syllables ending in two or more consonants are mostly long, as in ap*ert*a, fen*est*ra ; so too are syllables containing a double vowel, as in n*au*tae. But many syllables ending in a single consonant and containing a single vowel are also long, because the vowel is itself a *long vowel* : **all such long vowels are marked in the following Preparations.** Thus *beata* and *antiqua* have the middle vowel long, and will therefore be marked *beāta, antīqua :* and it is because the middle syllable in each of these words has a long vowel in it that it is accented (*beáta, antíqua*). Vowels which do not bear any mark in the following Preparations may be regarded as short, as in *domina, amita, casa, quoque, mea, tua* (accented *dómina, ámita, cása, quóque, méa, túa*).

1. ☞ The words printed black are the grammatically important words—here Adjectives of the 3rd Decl. in —, is, e.

1. **Septembrēs,** · 'September,' an Adjective agreeing with *Kalendae* and meaning 'seventh' or 'belonging-to-the-seventh month.' The Roman year originally began with March; hence September was then the seventh month. The literal translation of this sentence is 'To-day there are the September Calends,' =' to-day is the 1st of September.'

3. *mensis* **Septembris,** 'of the September month '='of the month of S.'

7. **celebris,** 'celebrated,' agreeing with *ducis.* *Ducis* is Genitive, because it depends on *dē vītā,* just as *Agricolae* does; the meaning is 'about the life of Agricola, the life of the celebrated general.' A Noun standing in the same construction as another Noun to which it is adjectival is said to be 'in apposition' to it: thus *ducis* is here in apposition to *Agricolae.* But in English we should say,' about the life of Agricola, the celebrated general,' without a second 'of.'

11. **alacrī,** 'eager,' agreeing with *animō.* The Abl. without a Preposition here means 'with,' as in *magnā audāciā pugnābant;* see O.M.* p. 143.

It will be seen that Adjectives like **September, October, November, December, celeber, alacer** differ from Adjectives like *fortis* in having a separate form for the Masculine Nominative Singular. This case is formed **without the ending -is,** and therefore resembles a Noun like **imber,** *rain* (stem imbr-).

<div align="center">

celeber, celebris, celebre, *celebrated.*

</div>

	SINGULAR.			PLURAL.	
	Masc.	*Fem.*	*Neut.*	*Masc. and Fem.*	*Neut.*
Nom.	celeber	celebris	celebre	celebrēs	celebria
Acc.	celebrem		celebre	celebrēs	celebria
Gen.	celebris			celebrium	
Dat. } *Abl.* }	celebrī			celebribus	

<div align="center">

2. [is, ea, id, Singular Number.]

</div>

1. *post-quam,* lit. 'after than ' or 'later than ' =' after the time when ' or simply 'when,' or 'after.' But it must be distinguished from the Preposition *post,* 'after '; cp. *post prandium,* p. 3.

---

* The letters O.M. stand for *Ora Maritima* throughout these Preparations.

2. *pedestrēs* and *equestrēs*, from adjectives in —, *is, e*.

8. **id,** ' that-thing,' ' that.'   **ei,** ' for that man,' ' for him.'

9. *nōn rēvērā dēbellāverat*.   The so-called ' Conquest of Britain ' by Julius Caesar ought rather to be called ' The failure of Caesar to conquer Britain.'   Britain was not conquered till nearly 100 years later.

10. **ēius,** ' of that-man,' ' of him,' ' his.'   **eum,** ' that-man,' ' him,' Accusative Case ; *reportāv-isse*, Infinitive formed from the Perfect tense *reportāv-ī* (the Perfect of *reportō*, 1st Conj.) ; the literal translation is ' Tacitus declares him not to have won a great victory.'   This construction of the **Accusative with the Infinitive** (*eum reportāvisse*) depending on a verb of ' declaring ' or ' thinking ' is found in English as well as in Latin ; but English generally prefers to use ' that ' followed by a Nominative and a Verb : thus, ' Tacitus affirms (*or* says) that he did not win a great victory.'   Cp. O.M. § 36, *Britanniam esse insulam iūdicābant*, ' they judged Britain to be an island.'

14. *virī animō fortī*, ' men with brave mind ' =' men of brave mind ' ; cp. O.M. § 43, *virī membrīs rōbustīs, flāvīs capillīs, oculīs caeruleīs*.   The Ablative without a Preposition here denotes a quality of the person spoken of, and may therefore be called an **Ablative of Quality** or **Adjectival Ablative**.

16. *C.* here stands for *Gāī* (as though it were a *G*).—The coin of Caesar here shown has a head of Venus on one side and on the other the figure of Aeneas carrying Anchises from Troy. Caesar traced his descent from Venus and Anchises.

19. **ēius,** ' of that,' agreeing with *bellī*.

20. **eī,** ' to that-man,' ' to him.'   *Britannia nōn cūrae erat*, ' Britain was not a care ' : *cūrae* is Dative, lit. ' for a care ' =' a cause of anxiety.'

22. *dē eā intrandā*, ' about it to-be-entered ' =' about entering it ' ; *eā* agrees with *insulā* understood, ' about that-island.' Cp. O.M. § 24, *locus idōneus est ad nāvigia applicanda*, ' for vessels to-be-brought-to-land.'

It will be seen that *is, ea, id* may be used as an Adjective (=' that ') or as a Pronoun (=' that-one,' ' he,' ' she,' ' it,' etc.).

is, ea, id—*SINGULAR NUMBER.*

	Masc.	*Fem.*	*Neut.*
Nom.	is	ea	id
Acc.	eum	eam	id
Gen.		ēius	
Dat.		eī	
Abl.	eō	eā	eō

3. [**is, ea, id,** Singular and Plural Numbers.]

4. **eōrum,** ' of those,' agreeing with *rēgum.*

5. **eum,** ' that-man,' ' him ' ; cp. § 2, l. 10.

7. **eī,** ' to that-man,' ' to him ' ; cp. § 2, l. 8.

10. **eārum,** ' of those,' agreeing with *gentium.*

11. *in* **eīs,** ' on those ' (agreeing with *nummīs* understood), on them.'

12. **ēius,** ' of that,' agreeing with *nōminis.*—On the first coin shown on p. 5, CUNO =Cunobelinus and CAMU =Camulodunum.

13. **ēius,** ' of that-man,' ' of him,' ' his ' ; cp. § 2, l. 10. Translate ' of his father Tasciovanus.'   (See name on second coin).

15. **eō** *tempore* (Abl) . . . *cum,* ' at that time when,' ' at the time when.' The Ablative without a Preposition here denotes **Time when,** as in O.M. § 10, *secundō saeculō* ' in the second century.' The English Preposition to be used in translating such an Ablative is ' at ' or ' in ' or ' on ' (as in ' on the 5th day ').

17. **eī,** ' those ' (agreeing with *principēs* understood) ' those-men,' ' they.'   Note that the Nominative Case of this Pronoun, whether Singular or Plural, is not used in Latin except when there is some emphasis on the word ; in the present sentence the translation ' they ' requires some emphasis in English.   Where no emphasis is required, the Nominative of a Pronoun meaning ' he,' ' she,' ' it ' or ' they ' is omitted altogether in Latin, as in § 1, l. 17, *saepe nōs vīsitant,* ' they often visit us.'

19. *prae-erant imperiō Rōmānō* (Dat.), ' were-in-command to (=of) the Roman empire.'

20. *mortī datus,* ' put to death ' ; *dare* =' to put ' ; see Vocab.

23. Caractacus (whom Tacitus more correctly calls *Caratacus*) and Togodumnus succeeded to their father's throne shortly before

the invasion of Britain by Claudius in A.D. 43. Togodumnus met his death in one of the battles fought in that year.

is, ea, id—*PLURAL NUMBER.*

	Masc.	*Fem.*	*Neut.*
Nom.	eī	eae	ea
Acc.	eōs	eās	ea
Gen.	eōrum	eārum	eōrum
Dat. ⎫ *Abl.* ⎭		eīs	

† 4. 1. **is,** 'that-man,' 'he' (emphatic), referring to *Cunobelīnus.*

5. **ēius,** 'of that,' agreeing with *aetātis.*

6. **ēius,** 'of that' (agreeing with *insulae* understood), 'of it,' 'its.' **eōs,** 'those (inhabitants),' 'those-men,' 'them.'

11. **eīs,** 'to those-men,' 'to them.'

14. **eōrum,** 'of those-men,' 'of them,' 'their.'

† 5. [**ēius, eōrum, eārum,** contrasted with **suus, a, um.**]

3. **ēius,** 'of that-man,' 'his,' referring to Claudius, who is mentioned in the previous sentence.

6. **suīs,** 'his,' agreeing with *ducibus*, and referring to Claudius, who is spoken of in *this* sentence : for *mandāvit,* 'he entrusted,' means 'Claudius entrusted.'

8. *eae,* 'those' = 'those forces,' 'they,' with emphasis.

9. *oppidum Camulodūnum,* 'the town Colchester,' or, as we generally say, 'the town *of* Colchester.' This 'of' after 'town' is peculiar in English : we do not say 'the river *of* Thames.' In all such phrases Latin makes the Name agree in Case with the word for 'town,' 'river,' 'mountain,' etc. Thus *flūmen Tamesa* (§ 2), *flūmen Tamesam* (Accusative), *flūminis Tamesae* (Genitive) etc.

11. *ea,* 'that,' agreeing with *urbs* understood ; 'that-city was the first Roman city in Britain.' The settlement (*colōnia*) of Roman soldiers was established at Colchester about A.D. 50 ; and after this the town was called a 'colony.'

13. *reportātam,* 'won,' an Adjective formed from the Verb *reportō,* 'I win,' and agreeing with *victōriam.* Note the Latin order of words ('from the Britons won' = 'won from the Britons '). Similarly in English we may say "an exercise, *neatly written,* was handed in by me"; the Adjective 'written' being formed from the Verb 'I write.'   **suō,** 'his' or 'his-own,' agreeing with *fīliō,* and referring to *princeps Rōmānus.*

nōmen Britannicō, 'the name Britannicus'; but *Britannicō* does not agree with *nōmen* in Case; it is a Dative, and agrees with *fīliō suō,* so that the literal translation is 'gave the name to his son, to Britannicus': cp. § 1, l. 7 (*ducis*).

14. **ēius,** 'of that-man,' 'his,' referring to *princeps Rōmānus* in the previous sentence.

16. **sē,** 'themselves,' referring to the Britons ('they').

19. After the destruction of his dominion in the Eastern part of Britain in A.D. 43 Caractacus withdrew into Wales, where he gained many successes against the Romans.

20. **ēius,** 'of that-man,' 'his,' referring to *Caractacus* in the previous sentence.

22. *Vīrocōnii,* 'at Viroconium (Wroxeter)'; *Dēvae,* 'at Deva (Chester)'; *Iscae,* 'at Isca (Caerleon).' These Cases denoting 'at' are called **Locative Cases**; they are found chiefly in Names of Towns, which accordingly have one more Case than other Nouns. But the Locative is always the same in form as one of the other Cases; in the 1st and 2nd Declensions, Singular Number, it is the same in form as the Genitive. Note that there is no Preposition used to express 'at' before the Name of a Town.

25. **eōrum,** 'of those-men,' 'their,' referring to *Silurēs* in the previous sentence.

26. *Rōmam,* 'to Rome.' The Accusative of the Name of a Town without a Preposition is used to express 'to'; so in O.M. § 24, *Dubrās,* 'to Dover.' 'To Wroxeter' would be *Vīrocōnium*; 'to Chester,' *Dēvam*; 'to Caerleon,' *Iscam.*

The words **ēius** and **eōrum, eārum** are Genitive Cases of **is, ea, id,** and therefore mean properly 'of that-person' or 'of that-thing'; plural, 'of those-persons' or 'of those-things.' Hence they generally refer to some person or thing mentioned in a previous sentence. The Adjective **suus, a, um,** on the other hand, means properly 'his own,' or 'her own,' or 'its own,' or 'their own.' Hence it naturally refers to the most important person or thing mentioned in the same sentence; for we do not often say

' his own ' when we are referring to a person or thing mentioned in a different sentence. For instance, we may say ' Claudius gave this name *to his own son*,' but not ' Claudius was the emperor of Rome. And the Romans gave this name *to his own son*.'—The person or thing referred to by *suus, a, um* generally stands in the Nominative Case, but not always : for instance, we may say ' I will visit him in his own house ' (*domī suae eum vīsitābō*, where *suae* refers to the Accusative *eum*) ; ' give to each man his own ' (*suum cuīque dā*, where *suum* refers to the Dative *cuīque*).

6. [ipse, ipsa, ipsum, Singular and Plural.]

4. **ipsum,** ' himself,' agreeing with *rēgem*.   *rēgem spectandī*, ' of seeing the King ' ; cp. O.M § 28, *Rōmānī cupidī erant insulam nostram vīsitandī et explōrandī*, ' of visiting and exploring our island ' : *spectandī* is the Genitive of a Noun in *-ndum*, formed from the Verb *spectō*. These Nouns in *-ndum* are like the English Nouns in -ing, which are formed from Verbs (' seeing,' ' visiting ').

7. **ipsō,** ' himself,' agreeing with *Caractacō*.

8. **ēius,** ' of that man,' ' of him,' ' his,' ; *ēius*, not *suīs*, is used here, though it refers to *Caractacō* in the same sentence, because *suīs* would naturally refer to *multitūdō*, and this would make nonsense (' their own wife and brothers '). *in catēnīs*, ' in chains ' = ' chained.' [So in Livy, xlv. 40. 6.]

9. **ipse,** ' himself,' agreeing with *Caractacus*.

11. **ipsīus** agrees with *principis*.   *collocātus . . . inquit*, ' placed before the eyes of the Emperor himself, he said ' = ' he, placed before the eyes of the Emperor himself, said.' The Adjective *collocātus* agrees with ' he ' in *inquit*, which might have been expressed by a separate word (*Is, ante oculōs . . . collocātus, inquit*). Compare in English " Driven out of its course by adverse winds, the ship was cast ashore " = " The ship, driven . . . winds, was cast ashore." The only difference is that the order of words in Latin would be " The ship, *out of its course by adverse winds driven*, was cast ashore."

14, 15. *tōtī orbī terrārum imperitandī*, ' of giving orders to (= of holding sway over) the whole world,' ; *imperitandī* is the Genitive of a Noun in *-ndum* formed from the Verb *imperitō* : *tōtī orbī* is Dative, depending on *imperitandī*. The Adjective *tōtus, a, um* is declined like other Adjectives in *-us, a, um*, except in the Gen. Sing. *tōt-īus* and the Dat. Sing. *tōt-ī*. These forms are the same for all three Genders, like *ips-īus, ips-ī*.

19. **ipsī,** ' himself,' agreeing with *Caractacō*.

It will be seen that the word *ipse, ipsa, ipsum* is used like the English word ' -self ' in ' my-self,' ' thy-self,' ' him-self,' ' her-self,' ' it-self ' ; and in the Plural like ' -selves ' (our-selves, your-selves, them-selves). It is generally an Adjective, but may also be a Pronoun.

ipse, ipsa, ipsum, ' -self.'

	SINGULAR.			*PLURAL.*		
	Masc.	*Fem.*	*Neut.*	*Masc.*	*Fem.*	*Neut.*
Nom.	ipse	ipsa	ipsum	ipsī	ipsae	ipsa
Acc.	ipsum	ipsam	ipsum	ipsōs	ipsās	ipsa
Gen.		ipsīus		ipsōrum	ipsārum	ipsōrum
Dat.		ipsī				
Abl.	ipsō	ipsā	ipsō		ipsīs	

7. [ille, illa, illud (declined at end of § 8).]

4. **ille,** ' that-man,' ' he,' referring to Suetonius (1. 2, ' the former '), not to Nero (1. 3). The Nominative Case always has some emphasis ; cp. 1. 7.

10. **illam,** ' that,' agreeing with *colōniam.*   **illī,** ' those,' agreeing with *veterānī.*

16. **illa,** ' those,' agreeing with *aedificia.* Here *illa* comes before its Noun, which is its usual position, except when an Adjective or another Noun is added to the phrase, as in *veterānī illī Rōmānī* and *colōniam illam Camulodūnum* ; in such cases it comes between the Noun and the other word.

18. **illō,** ' that,' agreeing with *templō.*

8. 1. **illa,** ' that ' or ' the,' agreeing with *rēgīna.*

5. **illīs,** ' for those-men,' ' for them,' referring to the Romans, who are in her mind ; Dative Case.

11. **Illōs,** ' those-men,' ' them ' ; put at the beginning of the sentence for emphasis ; so, too, *nōs* (1. 12), which is made still more emphatic by being repeated : ' us our country and homes, us freedom calls to arms.'

14. **illud,** ' that,' agreeing with *simulācrum.*

17, 18. In Cowper's poem the Druid says to Boadicea—

> ' Regions Caesar never knew
>   Thy posterity shall sway.'

19. **illīus,** ' of that,' agreeing with *deī*.   **Cp.** *ipsīus, ēius.*

20. **illud,** ' that,' agreeing with *consilium* understood : ' that (counsel) is the counsel of a woman.'   Cp. on § 5, l. 11.

21. *num . . . eritis,* ' will you men be less brave ? '   *Num* is a word that turns a statement into a question. The only English word by which it can be translated is ' whether.'   But this use of ' whether ' is old-fashioned, and no word is necessary in English for *num.*

It will be seen that *ille, illa, illud,* like *is, ea, id,* may be used either as an Adjective (= ' that ') or as a Pronoun (= ' that-one,' ' he,' ' she,' ' it,' etc.).

<p align="center">ille, illa, illud, ' that,' ' that-one.'</p>

	SINGULAR.			PLURAL.		
	Masc.	*Fem.*	*Neut.*	*Masc.*	*Fem.*	*Neut.*
Nom.	ille	illa	illud	illī	illae	illa
Acc.	illum	illam	illud	illōs	illās	illa
Gen.		illīus		illōrum	illārum	illōrum
Dat.		illī				
Abl.	illō	illā	illō		illīs	

† **9.** 4. *ex insulā Mōnā* ; cp. on § 5, l. 9, *oppidum Camulodūnum.*

7. *iam tum,* ' already then ' =' even then.'   *cōpiā mercā- tōrum celebre,* ' crowded with a multitude of merchants ' ; cp. O.M. § 15, *crēber puerīs et puellīs.*

11, 12. *Mīlia* (Plur.) takes the Gen. (*Rōmānōrum*) ; cp. l. 21.

13. *suōs,* ' his men,' ' his own men,' =*suōs virōs. sē parābat,* ' was preparing himself.'   *ad,* ' for.'

16. *paucī illī Rōmānī,* ' those few Romans ' ; cp. on § 7, l. 16.

22. *proeliī spectandī causā,* ' for the sake of seeing the battle,' lit. ' for the sake of the battle to-be-seen ' ; cp. on § 2, l. 22.

23. *ipsa sē,* ' herself . . . herself ' ; *ipsa* agrees with *Boadicēa.*

<p align="center">10. [hīc, haec, hōc (declined at end of § 12).]</p>

1. **Hīc,** ' this,' agreeing with *fīnis* understood ; cp. on § 5, l. 11.

6. *nōnī principis,* in apposition to *Vespasiānī* ; cp. § 1, l. 7.

10. **Hūius,** ' of this,' agreeing with *virī clārī.*

11. **Hunc,** ' this,' agreeing with *virum.*

11. 1. *prīmō annō,* like *eō tempore,* § 3, l. **15.**

3. **hanc,** ' this,' agreeing with *gentem.*   *fere tōtam,* ' almost whole ' ; translate ' almost the whole of this tribe.'

7. **Hī,** ' these-men ' or ' the latter ' : contrast *ille, illa, illud,* ' the former,' § 7, l. 4.   *perītī natandī.* The Adjective *perītus,* ' skilled,' takes a Genitive (Engl. ' skilled in '); O.M. § 15, *lūdōrum perītus.*

10. **haec,** ' this ' or ' the latter,' agreeing with *classis* understood.

11–14. *ipse penetrat,* ' he himself (=Agricola) penetrates.'

15. *velut in alteram insulam,* ' as (*or* as it were) into a second island ' ; cp. O.M. § 8, *noctū pharos spectāmus, velut stellās clārās in ōceanō.*

